



NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
13
14 H
38





VINDICATA VERITAS A GALLORVM SOPHISMATE,

Ad Scriptorem

GALLICARVM IN *BELGIVM INTENTIONVM* RESPONSIO.



M. DC. LXVIII.



PARTIS PRIMÆ

ISAGOGÆ.

PAR-

PARTIS SECVNDÆ

con-

In adiectione sequuntur Instrumenta duo Cessionum ex scripturarum penetralibus extracta, aliaque fundamenta ex Historico Meterano deprompta.

Instrumentum Cessionis Serenissimæ Principis Teresæ eodem prorsus pacto quò apud Pyrenæos conventum,

ac

VINDICATA
VERITAS
A GALLORVM SOPHISMATE;
AD SCRIPTOREM
GALLICARVM
In Belgium intentionum
RESPONSIO.

M. DC. LXVIII.

VERITATIS VINDICATÆ à Gallorum ſophiſmate Iſagoge.

ARmis Gallorum, & aſtu tunc temporis concuſſa Brabantia, cum ſe clariſſimi fœderis religione tutaretur, bellique repentini periculis, quam minimè proſpiceret; ecce, eo neceſſitatis adducta, ut coram Summi Dei Iuſtitiâ exclamet, a *exurge Veritas, & quaſi de patientiâ erumpe.* Abſurdum equidem ſuſpicari, pijſſimum Regem Iuſtitiæ, & Honeſtatis facie conculcatâ per Chriſtianorum funera in aliena Imperia cruentum vehiculum agere. Inexcuſabilis tamẽ Regis Curia, & Galliæ in Belgium intentionum Aſſertor apud illa duo ſumma Dei, & Humani Iudicij Tribunalia, à quibus, nec erratur, nec appellamus. Felicitas illa, quam non dedit integra bellorum ætas, & quâ Pacis octennio floruit Gallia, non videbatur calamitates eidem genti illatura, cui tot diſtringebatur officijs, & à

a *Tertull.*

quã tot oppida, simul ac urbes receperat, quot, si conjungas, ferè sub justi Regni cadunt mensurâ. Sereniss. Princeps Teresa Pacis vinculum, & pignus, nonne sic transit in prætextum sceleris? Quid passa à pupillo Rege, Regaliq; Viduâ oblivisceris Pyrenæorum ò Gallia, ubi recentia manent adhuc tui in bonũ publicum Iuramenti vestigia? Quæ non passim dissimulata offensio, ne vel suspicio impatientiæ nostræ, vel tibi ansa præberetur invisa, & tentata diu belli repagula convellendi? Et quanta nihilominus arte tædium retegere, & fidem exuere quæritaveris, Lusitania armorum, & pecuniæ fomentis aucta satis superque testatur. Frustra igitur in Pyrenæis sancitum,a nil te unquam in Hispaniam novaturam, nisi prius à semestri admonitam, ut populorum caveret securitati; si nunc antiqui meditamenti irrumpit impetus, fides arcium tentatur, palamque innoxiæ Provinciæ armis inundantur; idque post multa Ebrodunensis Archiepiscopi Aulæ Catholicæ reddita testimonia, ipsiusque Regis Christianissimi

a quod si dissensio contigerit aliqua inter duas Coronas (q Deus avertat) dabitur sẽper sex mensium spatium hinc, & inde, ad asportanda bona, & personas, &c. *In Tract. Pacis art.* 24.

simi Marchioni Fuentesio exhibita; stare Pacem, sanctèque staturam. Iuvat etiam hêic memorari, quo jurisjurandi robore dum nuptiali chirographo subscripsit, hunc etiam obfirmauerit articulum Ludovicus, cujus hæc sunt verba.

Si libuerit; vel judicialiter, vel a extra judicium aliquando jus intendere in Regna, ditiones, & dominia, quibus nunc renunciamus, nulla sint, quibus innit amur remedia; quæ si tentauerimus, nemo exaudiat. Vel si opere, & male intentato prætextu (Iustitię diffisi, quâ in hoc carere fatemur) belli viribus eadem occupare voluerimus, nunc pro tunc bellum illud judicamus illicitum, injustum, male, & violenter illatum, actumque violentiâ, invasione, & occupatione tyrannicâ; postremò contra jus fasque.

In Tract. exclusionis Sereniss. Infantis art. 6. matrim.

Esto tamen quod intentiones tuæ æquiores habeantur, non propterea cõcedere debet Hispania, priusquã caussam discutiat, rationumq; pondus trutinetur. Hoc decebat Galliã, nec leviter à Rege puero, & consanguineo lacessitam; legibus nimi-

rum agere; non gladio Brabantiæ faucibus imminenti, sua jura ad tubarum clangorem evulgare; rerum humanarum ordine sic euerso, ut hoc & Regum Dignitati, & pudori Christiano in deterrimum cedat exemplum.

Adducit in proemio Assertor Gallicus, Reginam Gallici matrem „post excessum Hispanici Regis ex-„posuisse Marchioni Fuentesio, quòd „exposcente Galliâ ditiones quasdã „in Belgio, suam rogatam ab illo vel-„let Reginam, ut meritò suasionibus „acquiesceret, cederetque in firmitudinem Pacis.

Post excessum Catholici? quid si tunc ille vixisset? Abortus hic animi quidem inconsulti (pudet enim maturum judicij vocare partum) ut palam arguitur mendacij, sic, & egerrimè involucra sua trahere constat. Hoc tamen jecere Galli fundamentum, veluti firmam infirmæ illius Iustitiæ basim, cui violenta Gallia potissimum hæret. a Sub 16. kal. Sept. Regina hæc mandavit Fuentesio; & agebat tunc Philippus in humanis; nec obijt, nisi circa

a Constat hoc è relatione, & litteris Marchionis de la Fuentes.

15. kal. Octob. Hinc est videre, si cum Gallica techna talia sua ad cõstruenda propugnacula cæmenta congesserit, molem nisi Babylonicam excitare queat.

Madritũ missis anno 1665; quæ Administris Gallis reddidit anno elapso 1667. mense Maij: cum omnibus responsis, & rei transactæ ordine. Cum enim Lionnæus eidẽ Protestationem reddi curasset, quæri que an è re esset exẽplar aliud Marchioni Castri Rodrigi per Ituretam à Secretis mittere; Fuentesius epistolam hanc remisit, ex qua tamen nullũ responsum accepit. nimis enim doli manifesti Galliam arguebat, quæ rectam Administri mentem turpis adeò criminis insimulat.

Excellentissimo Señor.

Aunque el papel, que V. E. me escrivio esta semana, me halla sumamente travajado de una Purga no quiero diferir la respuesta; necessitando de fadigar poco la caveça, para satisfacer a lo que contiene: y assi dirè a V. E. que no serà menester remitir el libro al Secret. Ituretta, para que le dè al Sig. Marques de Castelrodrigo; pues sè, que ha quatro, ò cinco dias, que le tiene allà; de mas que avisan sole, que el Sig. Arcobispo de Ambrun harà entender alla Reyna lo que contiene; no le sirviria mas, que para la curiosidad. Hasta derlo que su Magestad manda habiendo esta mannana avierto el libro; y viendome en el Frontispicio, faltaria a mi obli-

Æquanimitas, & si mollius accipias, Charitas fuit, quæ consultissimam Reginam flexit, ut quovis modo Paci caveret; cum enim Regem filium ætate callentem, indoleque militari, & cupiditate gloriæ ad majora inhiantem cerneret; incensum insuper alieno æstù ad Belgij sibi jura vindicanda; Pacem, quam ipsa dederat, sic muniendam putabat;

gaçion de todas maneras, si no dixese a V. E. porque pueda advertirlo al Autor del libro, paraque lo enmiende, antes de publicarle, que la Reyna *Madre, que estè en el Cielo, me hablò a 17. d' Agosto de 1665; que a 23. del mismo Mes escrivi yo a S. M. (que aya gloria) que nuestro Señor fue servido de llevarla a Ella a los 17 de Diziembre; y porque S. M. pueda reconoçer major el tiempo, en que escrivi; la forma, en que la* Reyna *me hablò, y la, en que yo di quenta de ello. poniendo estudio particolar en riferir la mismas palabras; remitto a* V. *E. la copia enclusa letra F; y tambien la de letra B; que contiene lo que respondi a S.*M.*de orden de la* Reyna*, non aviendo podido responder el* Rey *por haver recevido mi despacho ocho dias antes, que con su muerte castigasse a sus Vassallos, Nuestro Señor: El guarde a* V.*E. como desseo.*

ut fratre in conscientiâ solicitudinis abducto; expenderetur, an è re esset aliquod absolutæ rei corollariû adjicere, ne tota moles rueret. Renunciavit hæc Regi Hispano Legatus; a non tamen simplicis relationis modum egressus; ut si res progrederetur, norma sibi daretur agẽdi. Verùm iam deficiente Philippo, refriguit negotiatio; eoque vitâ functo, Regina Vidua rursum opus aggressa, jussit Fuentesio, jura pupilli Regis, (quatenus postularet occasio) & suamet officia, matris nempe, ac Tutricis, exponere; quibus vetabatur, quidquid minimum

a *Cap. Ep. March. Fuentesij ad Marchionem Malagotû 20. Maij.*

Non dubito, quin V. E. in dictis Epistolis discrepantiam non agnoscat. quia in liberculi præambulo, & in Epist. ad Reginam, officium sponte, & Charitatis gratiâ à Regina matre mihi exhibitum tanquam regium mandatum accipi contendunt. Conuenire ergo duxi errorem patefacere dominis istis qui mihi libellum misere, ne quando possint dicere, me in istâ tàm rei aduersantiâ consensisse. præcipuè verò quia in relatione illâ caussas Pacem effringendi justificare student, antequam bellum indicant.

foret, illud Provincijs demere.

Verùm, si Galli, hoc illâ negante, hostilitatem sibi denunciari putant, jamque arma parant; cur Hispanorum sic imponere credulitati, ut fœdera exhibere, pacemque pervicaciter obtestari ad diem usque, quæ bellum indixit, insistant? Et quis non penitus extinctum ignem dixisset, quem sub cineribus latere suspicabatur Anna Regina; dum in dies augebantur Amoris indicia, gliscebatque adfinitatis invicem Charitas, æternæ Pacis fomenta?

Sic nec verbo quidem addito, cùm Ebrodunensis Archiepisc. adhuc in Hispaniâ Legati fungeretur offició, & Bellefons insuper adventasset; visum tamen Gallis è latebris tam diutini silentij prosilire, oblitiq; quotquot effuderant inanis concordiæ nominum, calamos una, & gladios educere; quippe Annæ Reginæ, & Fuentesij colloquiū prætendunt in soluti fœderis argumentum; verba vero Hispanicæ ad Gallicam enunciata, in offensionem cedere, & animorum irritamenta. At ò verè ingeniosam με-

τάφρασιν

τάφρασιν! Simplex Reginæ tunc penè tabescentis eloquium, quæ nulla tum obibat Principatus munia, non Regis nomine fultum, non publicâ Regni auctoritate, sed privatis tantum affectibus effusum; belli caussas afferre volunt, & arripiunt Galli. At cur non per Legatos, Regiâ dignitate interpositâ, quæ sibi competerent in Belgio actiones deferre; susceptisque responsis, bellum tandem, si videbatur, conflare? Minus quidem turpe; injustum attamen, & ab ipso gentium jure damnatum, si nulla præiverit indicendi solemnitas; cùm & benè regendi Ars doceat a, sitque constanti bonorum Principum modestiâ suetum, in ciuilibus caussis, ne summi gradus pondere fatiscant leges, uti jure privato; eaque adire Tribunalia, quæ materiæ maximè competunt.

a Balth. Hasl. de Iure belli lib. 3. Grotius l. 2. de Iure belli.

Si ergo Christianissimus non supremum jus Regni, sed civile & uxori competens sectari, & assequi in eo Belgij Tractu, qui Burgundiæ adnectitur (& inter Romani Imperij membra recensetur) dignum si-

bi ducebat: rationi consentaneum erat, judicium caussæ non ab armorum vi, sed à supremo Cæsaris arbitrio petere: quandoquidem sic & egisse accepimus quoscumque illic Duces, & Principes, ortâ de ditionibus controversiâ: cum alioquin sine Rom. Imperij, Honestatis, Iustitiæ, Deique tandem injuriâ non liceat cuique S. R. I. Feudatarios, ritèque Principes ijs dignitatibus exuere, quibus ultrà duo secula tranquille frui licuit; idque vi, & armis; nullo nisi umbratili injecto civilis caussæ argumento, & inani prætextu. Quòd si à Curiâ Gallicâ melius pietati, ac Religioni fuisset consultum, juraque præsumpta Regis manu inermi producta; ut boni moris visum cunctis, sic & vitatis diffidiis, Regina Hispanica (quod apprimè concupiverat) a legibus egisset; nec illorum Principum detre-

a Responsio Reginæ Cath. ad Epi. sub 8. Maij in qua Rex Christ. Belgij dominium petit.

El Arcobispo de Ambrun Embaxador de V. M. en mi Corte me dio la Carta de V. M. del 8. del Corriente, accompañada de vn libro, y memorial suyo, con larga representaçion de los motivos, que V. M. tiene para mover sus armas, por

trectasset subire judicium, in quibus, & Rex consensisset.

los derechos, que dize le asisten a las Provincias del Pais vajo; a que se satisfarà con particularidad: y en tanto no hè querido dilatar el respõder a la Carta referida, no sin grã admiraçion de la novedad, que me ha hecho semejãte disignio; y aunque V. M. insinua que la Reyna Christian. mi Hermana (que Sãta Gloria aya) le dio a entender al Marques de la Fuentes, y yo tengo presente que el me escrivia sobre ello, siempre lo attribuy a que quella platica fue domestica, y confidente: pues no se hizo con formalidad de Ambaxador, ni de ministro de V. M. ni en su real nombre: y confirmeme mas en la sinceridad de este dictamen, porque haviendo respondido al Marques vna pequeña parte de tanto como pudiera, no se le bolvio à hablar; y el callar, despues de haverle oydo seria por haverse enterado del derecho del Rey mi Hijo; y reconoçer la buenafee, a de mas de que semejante insinuaçion tampoco tubo la formalidad que requieren los capitulos de Paz: por prevencion de rompimjento: y mas siendo cierto, que segun el noventor de los Pirineos, se vee que semejantes pretensiones quando no estubieran renuncia das, no se havia intentar por Armas, sino por via amigable, y de Iusticia: y pues V. M. dise aora, que esta

pronto

pronto a un acco- modamjento amiga- ble, cor- respondo tambyen de buena gana, e- stando jco me estoy dispuesta a que se confieran estos de- rechos; y se vea la Iusticia, o los medios, para lo qual se podran señalar Personas, y lugar; a cuyo effecto es neceßario, que entretanto ambas partes suspendan todo genero de procedimiento, y hecho de armas; esperando, che V. M. se aggradará de esto: porque mientras non lo tubiere assi por bien: soy obligada por mi conveniencia, y ministerio Real de la tutela del Rèy mi Hijo a defender su Iusticia por los mismos caminos.

Madrid a 25. de Majo de 1667.

Quòd itaque vis nomen juris usurpet, detur Gallici scriptoris eloquentiæ: non adeo tamen, vt non, & lippis oculis fas sit discrimē agnoscere. sed ordine rei transacto, altius rē ipsam tentare decet; & ipso magnificè asserente, *Regem Ludovicum, cum Iustitiæ, quam adorat Diadema quod possidet substernere profiteatur, non nisi licita expetere, eique tantum quod justum utile.*

Sperandum non ægre laturum, si integrâ, & salvâ in regale fastigium reverentiâ, Brabantiæ scriptorem adoriatur, & argumentorum incur-

su

ſu validiſſimo è tanto ſuggeſtu detrudat. Quicumq; ſit ille, nuſquam credant boni viri, rerumque æſtimatores incorrupti, hunc ipſum Regi obtuliſſe futilia & acidiſſima illa acroamata; cum Rex alioquin veri defenſor, & honeſti increpaſſet, quæ hic in Regiam dignitatem effudit promiſcue fœda blãdimenta, æque ac contumelias; in Reginam ſuam præſertim: operæ enim pretium eſt videre quibus ille perperam maledictis exagitet, mendaciis inficiat, & calumniis denigrare conetur patris Philippi Regis candidiſſimum Genium; & in famam nomenque piſſimi Principis inſurgat, iiſque execrationibus inſectetur, quibus deceat vexare Tyrannum.

Meus erit nobis in ipſo ſolido naturæ ſolo fundamẽta cauſsæ noſtrę locare; eamque provectam, & ſacro veritatis Numini condignè nuncupatam, iis fulcire munimentis, quæ convelli non poſſint: proinde cum locutulejo Gallico ſic congredi, ut ſæpius tamen parmâ, quam haſtâ utamur. Obteſtamur autem

non

non in alium, quam in Crotalum canorum istum ictus nostros intendere. Ipse vero, qui probabili credibile honestare nititur, & in veri simulacrum reformato mendacio fallere caveam; larvas suas patiatur renudari; & abiectis, quas ingesserat laciniis, simplicem in scenam prodire Veritatem; ex quâ facillimè dignosci queat, illum insidias incautiorum hominum auribus facere. Gryphos, & ænigmata callide intexere; vel non legitimas scriptorum auctoritates, vel non integras afferre. Legum, & earum interpretum intercidere clausulas, obscurare sensus: quæ non sibi opitulantur, prætermittere; vim argumentorum per uertere. Historiarum præstringere etiam notas; Vim inferre iustitiæ; Sacram Regum sugillare dignitatem: Veritatem postremò ipsam in Gentium, & Principum perniciem oppugnare.

Et quamvis iactet ex illustrioribus Europę Academiis depromptas congessisse, quæ sibi adstipulantur, sententias; non ultra tamen ausus, Oracula hæc haud protulit fallaciis

&

& fraudibus a deceptis Doctoribus extorta. Sed en tandem ludificatores eluduntur; dum quali est icta pollice, talem reddit chorda sonũ.

At proh Deum, hominumque fidem, quò tandem jure vester Iurisconsultorum Areopagus unâ tantum, & gentili suâ exauditâ parte, alteram, & exteram damnat? Nil tamen vereor quin ipsorum complures, si non ceratis auribus Veritatem, quam sector, exclamare patiantur, palinodiam dicturos.

Expositionis historicæ ab Auctore Franco præmissæ examen.

DVm, quod diù meditata, conterminas sibi provincias occupare decernit Gallia, reique turpitudinem ad honesta vocabula transferre studet; obex en adest insuperabilis, Reginæ suæ nimirum Cessio; hanc ideo ut strictius obsideat, longe circumvallare contendit: ac ut destruat; sancitæ Pacis Historiam, solutam, secretamque à Coniugij præsidijs, aggreditur; rata, hoc recedente, illam facilius

expugnari, & funditus euerti. Sic ò Gallice Assertor, (quod Rhapsodiæ structores solent) cum eam securitatem ostentes, quæ in verbis emanat à factis, ita differis.

Elapso triennio, post prima inter duos Reges de ineũdo fœdere verba, Catholicũ immisisse Pimẽtellum in Galliam, ut disjectas negotiationes recolligeret; qui cum inter pacis exordia nuptiarum nomen veluti per transennam protulisset; excepisse Christianissimum, votisque Hispanorum arrisisse; Convenisse intereà cum Pimentello Cardinalem; lævigatis asperioribus adeo, ut à Rege de pace firmandâ impetrasset, & exin de conjugio; nil prorsus adhuc Cessionis revelato nomine. Congressum ulterius cum Haro, jussosque Colomam, & Lionnæum à secretis nuptialis Chirographi schedium conficere; quorum hic, auditâ Cessionis formâ, inhorruisse, damnasseque, velut iniquam. Hinc de eâ temperandâ datum Duumviris (Plenipotentiarios vocant) negotium; ex quibus Cardinalem validissimè repugnantem,

po-

postremo ab Haro placatum, ipsius invaliditatem pollicente: quâ præsumptâ, Conjugio pariter subscripsisse; idque subinde Regum utrique ratum.

Si levius expendas, simplex est Historia; at re serius introspectâ, ut Ægypti notæ mysterijs, sic insidijs abundat, & arte. Occurrere itaque par est; & veram proferre, quæ subest.

Ubi Regibus visum expedire, ut diutini belli damna pax longa pensaret, & Christiano tandem sanguini parceretur; non nisi fœdus in pignus affinitatis iret, voti compotes fieri rebantur, Serenis. Principe Teresâ regium Gallorum Thalamũ ingressâ. Gallia nihil se antiquius nuptiis istis agitasse præseferebat; contra Hispania veræ quietis anxia, obstare multa; Lionnæumque Madriti in secessu regio latitantem, connubijque nexu firmissimam, & duraturam fore obtestantem, re infectâ, dimittere censet. Post hæc Catholico duobus virili sexu filijs ortis [a] verba sunt Senatoris amplissimi, tunc Lutetiæ summæ Reipublicæ

[a] *Relatio Io. Bapt. Nanij Eq. ad Venet. Remp.* 1661.

blicæ Legati, nec dissimulantis esse sibi infrà Gallos ingenium, qui adfuit, & Principi suo retulit) Regina Anna volutatis diù rationibus, & caussis ingentibus permota, nepotem in nurus nomen transire cupit; pacemque dotale munus afferre; quod & Cardinali mandat; spondetque rei se tutelarem affore, eâ pacis tempore auctoritate, quâ tunc, & belli vigebat. Exin Cardinalis par negotiis, & supra, verbo turbate Hispaniam, nuptias in Sabaudiâ prætexere; re, cum Fuenseldanio convenire; Pimentellum in Galliam reducere; & tùm negatas olim nuptias inire, tùm ordiri pacis initia, contexenda in Pyrenæorum congressu.

Hêic animadvertendum, unum ex obstaculis Conjugii tunc extitisse legum, & morum diversitatem; cum deficientibus in Hispanico Regno masculis, admittantur fœminæ; secus in Galliâ; quæ muliebrem sexum excludit. Alterum verò, legem illam, quâ se constantissimè præmunit Gallia; cujus necessitate quicquid Regi accedat, in proprietatem

Regni

Regni adſumitur, ac inter ejus mẽbra connumeratur; perinde ac ſurculi in arbore coaleſcunt, vel rivuli nomen, & ingenium fluminis, à quo rapiuntur, induunt; talis eſt enim memoriæ Salicę magia. Quod ſi aliquando à fortunæ ſæuitiâ Hiſpania in ejus barathro peſſundaretur; deſperato emergenti remedio, & nomen Iberum in Gallicum iret; &, quod pudet dicere, Turcarum more, obſcurum, & Provinciale ſubiret ſervitium. Ad evitandas igitur ſuſpiciones, nedum extremę ſortis pericula, obſurduit ad Connubij voces Hiſpania; donec complanatis ſalebris, in ſolemni Principis Tereſæ Ceſſione conſenſere Regina mater, & Cardinalis; quâ jus Monarchicum Hiſpaniæ à quâcunque caſus procellâ defendebatur; non ſine recenti ipſius Annæ matris exemplo: hiſque mox adſtipulatus Chriſtianiſſimus; Catholicus, iam rè ſalvâ, ſubſcripſit; & exin Lutetiæ ad Pimẽtelli vota quod reliquum erat, reſpondente; Conjugio cuncta adhæſerunt. Ventum ad Pyrenæos demum, in Phaſiam (quam vocant)

In-



Insula Idibus Augusti anno 1659. ibique Duumviri injunctâ, veluti rerum summâ, Colomæ, & Lionnæo à secretis nuptialis Chirographi formulâ secundum Dotis, & Cessionis pacta; placuit interim Gramontium in Hispaniam vehi, qui filiam de more à Rege peteret, nec fœdus, nisi peracto negotio rediisset, ferire. Tertio Idus Decembris absolutis tabulis, & evulgatis; subscripsere Duumviri; Signavitq; Ludovicus Rex Tolosæ 15. kal. Ian. & kalend. Philippus Madriti.

a Serenifs. Infans antequam de matrimonio agat, ac celebret debebit formare Actum Renunciationis, &c. *Art. 6. Exclusionis.*

Hinc anno 1660. Fonterabiæ IV. Nonas Iun. Princeps Teresa Patre coram, & Hispaniarum Dynastis (Grandes dicunt) Cessionem à Duumviris, & Regibus sancitam cōfirmat solemniter, a idque secundum illius articuli vires, quò decernebatur, hoc fore ante nuptias exequendum. Postera die Harus Regis Gallici nomine Connubii solemnia celebravit, & sacro matrimonii injecto vinculo Serenissimam Teresam in Vxoris, & Reginæ nomen induxit; adstante Philippo, & Ecclesiastica ministeria Pompelonensi

si Episcopo peragente: cui mox pater, & loco cessit, & Majestatis titulo decoratam brachio fulcivit.

His peractis, octavo Idus ejusdem mensis congressis Regibus, post digna tanti occursus officia, Fernandus Fonseca, & Comes Briēnius à Secretis Tabulas, & Cõjugij, & Fœderis elatã voce recitarũt; statimque Rex uterque abaco ad hoc interposito innixus, celebri, & solenni formâ juravit se quæcumque in illis explicabantur præstaturum; & hæc juramenti forma.

Nos Ludovicus D.G. Rex Galliarum, & Nauarræ Cristianissimus, fide, & regali honore pignerato, Iuramus super Crucis signum, & S. Euangelia, & Missæ Canones, quos tangimus, plene, & fide optimâ obseruaturos, & adimpleturos cuncta, & illorum vnumquodque puncta, & articulos in Tractatu pacis contentos, & absolutos Nostri nomine à charissimo, & dilectissimo nobis consobrino Cardinali Mazzarino, & à nostro itidem charissimo, & dilectissimo D. Aloysio Mendesio ab Haro, & Gusmano Duce Olivarensi, Altissimi, &

Ex-

Excellentissimi, & Potentiss. Principis Philippi nomine, etiam Dei gratiâ Cath. Regis Hispaniarum, nostri boni fratris, Avunculi, & Soceri, sub die 7. Nov. 1659. in Insulâ Phasiani; & á nobis roboratos die 24. ejusdem mensis, & omnia observare faciemus; & quod ad nos attinet, inviolabiliter custodire; nec adversabimur, nec adversari quempiam patiemur, quolibet modò, vel casu. In quorum fidem præsentem subscripsimus manu propriâ, & regale signum nostrũ apposuimus In dictâ Insulâ VI. Junij 1660. *& Regni nostri XVIII.*

Locus Sigilli.

Loys.

His adfuere Regina mater, ac Regis frater, Princeps Contyus; quatuor à Secretis Regni; Primores Consilij, & ferè omnes Pares, & Duces, Marescalli, & cæteri Galliæ Proceres. In quorum testimonium, & jussu Regis Nos huic præsenti subscripsimus manu propriâ, in dicto loco, & tempore.

Felippeaux. De Gueneguand.
Le Tellier. De Lomenie.

Non

Non secus jurauit Hispanus, adstantibus Regni Proceribus, & subscripsit, nec illud prætereundum, quod vel omen, vel ominis instar in actionis serie cõmiscuit fortuna; perlectâ enim iusjurandi syngraphâ Rex gener sacris chartis à Mazzarino oblatis manu admotâ; iuvenili, & genticâ vividitate alacer, tam properè juramenti cæremonias explevit, ut Socer rei intentior neque viderit, neque tàm seria, tàm concitâ festinatione tractanda ratus; manu regiâ tarditate elatâ, signum Crucis in Evangeliorum codice ab Indiarum Patriarchâ exibito, delineaverit, juraueritque; non modo se-ritè sanctèque Pactis staturum, verum per omnia vitæ curricula in benevolentiâ cum Genero mansurum. Cùmque in ipsum respexerit, nec jurare comperisset; ecquid, inquit, Rex Galliarum non jurat? Excitus tum juvenis, req; cognitâ; & juravit iterum, & reddidit Socero voces suas; æternum se cum illo in benevolentiâ mansurum. His actis in affinitatis officia, mutuosque amplexus ruere visi. Bis ergo non se-

mel juravit Rex Ludovicus in robur pactorum, quibus secundum Naturæ, & Gentium leges devincitur; ne fortè ludere in gravissimis liceat; & cum contrariorum eadem sit ratio; & eâdem vi, quâ duo contraria affirmant; duo affirmantia negare dicamus. Posterâ die Catholicus novam nuptam Christianissimo tradit; ac utriusque Regum delapsâ majestate in Naturæ, & charitatis munia; comiter se excipiunt; nilque desideratum, quod certa benevolentiæ indicia referre valeat. Inter hæc Regina sponsa ad patris genua procumbit; & lacrymis hinc inde obortis; iteratis demum amplexibus, discedunt.

Quod simplex sincerusque sit hic rerum ordo, factique vera narratio; fama, quæ orbem pervasit, testatur, fidelibus, & exactis plurium, qui interfuere suffragiis affulta; Legatis præsertim exterorum Principum; duobus insuper ornatissimis Historiarum Scriptoribus astruentibus; quorũ alter anno 1661; alter 1663. nondum conflatis dissidiis, commentaria

taria sua edidere : Contra quid,nisi Pythagoricum illud ,ipse dixit, assertionum hostilium fronti inest ? Non erat igitur Connubium veluti fortuitus in hoc fœderis Cœlo epicidus, prout loco reddemus; verum originalis, & effectrix caussa, quâ duntaxat assurgeret. ubi verò enixè contendit ut nos ad credendum impellat, Cessionis nomen, & nova monstra, veluti ex Anticthonum terris emersa, tũc Lionnæum, & Mazzarinum exterruisse (quem ut flecteret, Harum inducit impia, & indigna loquentem) scire velim unde hæc hausta, quasi somniorum interpretamenta, evulgare non pudeat? Quis quæso sanæ mentis homo credat unquam, Lionnæum clã Madriti, ut Conjugium aucuparetur, immoratum; negotiationum, quotquot, uel Regina Anna cum Mazzarino, uel hic cum Pimentello volutaverit, conscium; Catholicæ Curiæ mentem non penetrasse, cũ, nisi Cessione præeunte,& hâc firmissimâ, Conjugium constantissime negaretur? An non & annuit cum decerneretur? An Cardinalis,

qui diù ad efformandum Connubium insudauerat, numquam (nisi conciliante Cessione (quam ipse cùm Reginâ, & Hispaniæ proceribus reconcinnauerat) sperandum; fallere poterat Harum, simulatâ rei oblivione? An de Hispanâ Curiâ sic tenuiter sentiunt Galli, ut his initis nuptijs, in arbitrium fortunæ foret ludere de tanti Regni mole?

Quod verò ijs coloribus Hari inculpata verba inficiat, quibus fœdissimo cuique monstro tantum virum, & æmulis ipsis mirandum, assimiles; libet suspicari, hæc non de suâ fodinâ eruta, quamvis igni suo excocta pigmenta. Nothos illos imitantur, qui ad redimendas naturæ injurias impudenter sese generoso alicui stemmati inserunt. Melius interea Cardinalem suum ab illo excusatum velim; cùm enim Mazzarinum, dicit, solertiâ æque, ac fide suâ fretum, nõ ideo Cessioni adversatum, quia invalidam agnosceret, & nusquam in fraudem Regis exequendam; fatetur, nullo torquente, jam tum in rem bonâ fide gestam

insi-

insidiose machinatam Galliam; irritis juris humani, & divini sacramentis: quasi olim moliretur Mazzarinus, quæ fœdere, & jurejurãdo struebat, sacrilegio, & viribus evertere. Sed genium Provocatoris placabilem habeam si dictis fidem, nec à me, nec à quocumque mortalium habendam censeo: Vereor enim nisi inficias ivero, ne Regni, & Regis famam convulnerem: qui quas illi persolvat grates, ambigo: illi nimirũ, Regiæ personæ, Procerum, & Cardinalis nomini præstigiatorum, ac iniquorum contrahentium notas inurenti. Ludovicus Regijs artibus inclytus vilem fallendi artem nescit. voluit dari Cessioni locum; ut inde Connubia, & ex his Pax emanaret. Probavit, quod voluit; & illud voluit, in quo reverà consensit. Regum more; non ut assolent sycophantarum vilissima capita; vltimæ sordis homines; qui in licitationibus alienæ simplicitati imponere student; & à communi emporij digito denotati, evitantur.

Bifariam interim cum oppugnationem instituat, itaut in primâ epi-

cheresi Cessionem evellere; in alterâ, jura Teresæ Reginæ solidare contendat; nos favente Numine, in arenam descendemus, & biformi huic ostento veritatis Herculem ἀντίπαλον dabimus. Et quia à facti ad juris narrationem refugiendo, Cessionem primo adoritur; Argumentorum aciem retundere, & vanis conatibus sic reluctari spes inest; ut sicut nobis caussa melior, ita & certaminis adjudicetur adorea.

Licet enim apud consultiores mortalium supervacaneum videri possit non modò hastas, sed harundines hostis infringere; mediocris tamen sapientiæ hominibus, quorum fortasse & maior numerus, plausibile spectaculum prebebimus antagonistam ipsis armis suffodiendo, quibus ille provocaverat; Et cum in promptu fuerit revocare caussam, summoque Principum judicio reddere, & ibi uno securis ictu bina monstri capita demere, non damno sed labori imputabitur vulgatissimum illud sequi; unum facere, alterum non ommittere. Sperandum

in-

interea, quòd veluti coram pretiosi lapidis ingenito fulgore confidi adventitium lumen hebeſcit; ſic adverſarii noſtri commenta ad Veritatis radios revelentur; ijſque potiſsimum innoteſcant, qui plurimum ingenio, prudentiâ, & ſinceritate pollent.



VERITATIS VINDICATÆ
A Gallorum Sophismate.

PARTIS PRIMÆ

CAPVT I.

An Cessiones filiarum sint licitæ.

CVm lege Naturæ nefas videatur feminas à patrimonijs excludere, easque à successionibus abdicari; non naturali, non gentium jure, non sit a legibus indictum, illud meritò a legum latoribus Romanis vetitum, perinde ac intoleràdum, & iniquum.

Hêic primum jaculum torques: sed antequam manus conferantur, interrogo, quisnam codex legem proferat à Tribunali Naturæ latam, quæ Cessiones prohibeat? Hâc datâ, quomodo cum ipsà Naturâ digladiatur lex Salica, quæ feminas cogit ab ipso luminis haustu paternis bonis

Quæris quo titulo hanc hereditatem petit? Naturæ. Neque .n. potest filia patrimonio, nisi natura repugnante, spoliari. Qua authoritate? communis æquitatis, quæ est ipsa naturæ ratio omnium animis incisa.

Assertor Gall. mihi pag. 21.

bonis valedicere? Quos quæso Natura scrupulos in humanum arbitriū injecit unquam, ut secundum rerum ordinem, ingenitâ sibi libertate, quod suum est dispenset? Si Naturæ Religio, quæ cunctorum animos invadit, puellas vetat e paternis bonis excedere, cur Lacedemones indotati a nubere jussi à lege? Cur Ægyptijs dote dehonestari nuptias; b Indis, Atheniensibus, Hetruscis nullam dari c visum? Vel cur olim inter d Gothos, nunc vero Turcas, munus est mariti augere sponsam dote? Cavère quidem leges, ne filiæ bonis paternis abdicarentur; sed pro ingenio temporum. Alia nunc ætas, alii mores. Romani antiquis legibus, quæ filias extrudebant, adhibuere temperamētum. Posteri, & mollius flexerūt; e familias ab interitu vindicantes. Nos nec feminas dejicimus, mares extollendo; sed neque a cessionibus illas arcendo, horum fortunam destruimus. Quæ olim optimæ, hodie nec bonæ leges. Rerum humanarum vicissitudo, ut morum, sic & præceptorum varietate florescit. Planè docent

a Licurg. Spartanis vetuit dotem dari. *Ælian. l. 4.*

b *Cæl. Rodig. l. 18. cap. 13.*

c *Plut. in Solone. Alex. ab Alex. l. 2. & 4.*

d *Io. Magnus. l. 4. c. 9.*

e *Menavius de morib. Turcar. l. 2. cap. 13.*

Natura antiqua succedendi erat, ut existentibus masculis, filiæ parētibus non succederēt. A jure civili hoc improbatū est. Immo pactiones filiarū renunciātium paternā successionem irritęrāt; sed quia de facili res ad suā naturam redit; ideò

Francorū Magistri, a vetustissimos mortalium, femineo transacto, virilem sexum ad stirpem colendam fovisse. Ius Romanum vetustam duritiem emollivit; nec tantum feminas admisit, verum & Cessiones inhibuit: cavitque, ne parentes cum subjectis sibi liberis quovis modo paciscerentur.

Quia verò velut orbis rebus inest, qui facillime ad sua primordia recurrit; nova lex veterem antiquando, Cessionibus locum dedit; quarū moderatione, feminis æqua dote dimissis; in familiarum subsidium patrimonia masculis addicuntur; vetusque mos revaluit. Consuetudine regitur humana conditio. Quoties jam abrogatum institutis, cum deficiēte legis utilitate, b lex ipsa cessat?

leges Pontificiæ facilæ permiserunt filiabus renunciare, accepta dote, reliquis ut faveant masculis, quorum tantum ab initio successio erat, remotis filiabus, ut conservarentur familiæ nomine majorū. *Greg Tholos. Syntag. Iuris, l. 41. c. 11.*

b Si leges ab initio utiles essent, & postea ea utilitas cessaret, ipsæ quoque leges, quo ad sui executionem cessare debent. *l. unica. C de caduc. toll. Fernand. Vasq. Contr. l. 1. cap 1.*

ſat? & ubi gentium conſuetudines non pro legibus habentur?

Vetuére priſcæ leges puellas ingentibus opibus renuntiare, mediocri dote receptâ; ſed non ideò ſic poſterorum arbitrio injecere vincula, ut non laxari poſsint à ſummorum poteſtate Pontificum, cedẽte juris antiqui ſeveritate novis, & æquioribus inſtitutis pro temporum ſtatu, familiarum, & Reipublicæ uſu. Ideoque per quadringentos fere annos tum a Provinciarum, & Populorum Scitis, tùm a communi juriſperitorum conſenſu in aliam ſententiam itum; quæ recepta, & firmata à conſuetudine, conſtanti ſententiarum tenore in dies augetur, ac viget.

Nec magnum nobis faceſſeret negotium heîc ultra ducentas conſultorum ſententias educere; quæ tedio recenſendi omittuntur; licet & Canonum verba, & Interpretum

Renunciationes conſtat apud nos, & uſu noſtro admiſſas, ac pleriſque Senatus judicijs comprobatas fuiſſe. *Annans. Rob. Rer. judicatar l. 2.*

Renunciationes iſtæ juris noſtri Doctorum ſen-

calculi in Decretali *Quamvis de pactis*, & omnes Europæ totius Magistri huic veritati suffragentur; nempe in Hispaniâ Montalvus, Vasquius, Covarruvias, & recentiores cuncti; in Galliâ Molinæus, Brodeauxius, Lovetus, de Molino, & Argentræus, Curiarum Præsides: In Belgio Christineus, Everardus, Groenvegius, Chintscotius, Euerardus præses, & doctissimus Stochmannius, compluresque alij ejusdem notæ homines testantur; quibus quanto vis impensiori studio nitaris, nullum opponas legulejum: cum frustra discrucieris, tempusque teras, obsoletas jam, & situ obsitas leges egerendo; quæ rem nostram minime tangunt; Ævique nimiâ senectâ squalentis accieris Iuris interpretes, qui pro seculi conditione loquuti, nostra nobis relinquunt.

sententia validæ, ac legitimæ asseruntur. *Guido Pap. quæst.* 109. *Aufrerius* 452. *Boerius decis.* 204.

Cum ideo non sit dissimulationi locus, tu in Sanctuarii apicem insurgis; & quasi non ad sacra nisi per polluta trames pateat, decretum Bonifacij Pontificis conteris; non secus ac Rex Galliarum Philippus illius

lius dignitatem, & Personam violavit; quam nō modo in vinculis habuit, sed in Concilio Clementis V. (à quo Sedes Romana Avenionem translata) damnandam, & ossa cremanda efflagitavit. Dicit ergo.

Posse Pontificem plebejos lege solvere; at non Reges: nec decretum omninò à vulgo servari; cum hoc à Tribunalibus non ut lex probetur, sed ut merces inhibita toleretur.

Papa igitur summâ, quâ viget potentiâ, Principibus viris ferre legē de juramento minimè potest; & Scriptor Gallicus cum Rege Hispano magni nomothetæ personam induit; tribus, vel quatuor Leguleijs ad classica accitis?

Si quotannis unica in Europâ virgo bonis renunciasset paternis; integra, & promiscua feminarum phalanx te rideret, nugas cum ineptis, non seria cum sapientibus conferentem. Hasce curas potissimum exercet orbis. Patres familias cum familiæ incrementis provisum apprimè velint, filias sine pactâ cessione

ne non despondent vel tacitâ, vel expressâ, pro loci consuetudine. Sed hoc an Principes viros fugit? illis quinimmo & firmius hæret. Scrutare Chartophilacia, & in ipsis Parisiensibus tabulas invenies nuptiales Francisci Primi, & Eleonoræ Austriacæ, Elisabethæ Galliarum, Emanuelis Allobrogum Principis; Mariæ Medices, & Henrici Quarti; Annæ rursum Austriacæ, & Ludovici Decimitertij: inspice, & magnis opibus uxores renunciasse fateberis (viris ipsis jurejurando addito consentientibus (moderatâ dote contentas; nostrumque erit Chirographorum exempla opportunè sub oculis ponere; non tamen illorum aliquis suam fœdare famam voluit; acta, & sancita oppugnando. Tu primus (fortasse & postremus eris) bono seculo deterrima infers; & innare averso flumine; cum æquo & honesto arietare; ipsius Christi Domini sacro parieti caput impingere contendis: si enim solvi lex nequit, quæ filias à celsionibus arcet; quicumque Christo paupertatis voto emancipati; virgines itidem cui-

que

que mendicitatem servanti ordini addictæ, damnantur.

Institutis igitur à Legislatoribus in familiarum levamen Cessionibus, longique ævi auctoritate suffultis; tot Principum actis, tot Tribunalium sententijs, quot extollit Europa, firmatis; nefas videtur de validitate earum certare; cum eâ præsertim ex illis scateat utilitas, quæ Italiam legibus municipalibus cavere inducit, ut filiæ, quæ dotem receperint, & si pater testamento non jusserit, ab hereditate excludantur; nullâ etiam cogente cessione: masculisque concedant. Margo Fachinæi verbis exaratur, Pisarum juris magistri; a cui quãta fides habenda, ab hominis auctoritate quæras. Eat nunc Gallia, & illud axioma pro sacro ducat; a *Ius successionis institutum à Deo, nulli vicicissitudini esse obnoxium*. Sed si paternis in bonis successio à jure divino sancitur; quo demum jure Gallia feminis ab ipso ortu paternâ hæreditate exactis, Titanorum more in Cœlum manus intentat.

a Af cõservandas familias plerisq; in Italiæ locis statuto cavetur municipali, ut existētibus filiis masculis, feminæ ab intestato non succedant. *And. Fach: Contr, l. 3. cap. 66.*

CAP. II.

An Teresa Principis cessio valeat, & an ei patrijs ex bonis dos fuerit assignata.

CVm Cessiones suâptè naturâ nequeant aboleri, nunc est videre an Cessio Teresæ Principis valeat. Invalidam esse dicis, & pluribus eductis exceptionibus, opinionem firmare laboras; & primò.

Filiæ dotem ex bonis paternis tantum erui posse, quibus se abdicat; insuper à Rege Maternis ex bonis dotem esse constitutam, quæ ad eam necessario transibant.

Heîcque Textibus, sententijsque conglomeratis, eniteris, ut non expletas conditiones illas demonstres, quas Pontificium Decretal, quo Cessionem nostram fulcivimus, requirit.

Animadvertendum igitur primò, quòd, quamvis antiquissimo Iuri, quo Cessiones vetabantur, à Bonifacio I. fuerit abrogatum; Principum attamen Tribunalia, Provincia-

ciarumque decreta, increbrescente consuetudine, caussam intrà veteris interdictionis limites coegere; ommisso Pont. Decreto; sed cessionum conditionibus auctis, ut temporum ratio, & regionum ferebat utilitas. Quare in Italiâ *ab intestato* filiæ à Paternâ successione prohibentur, vt superius ostendi; licet hoc Bonifacij Decretali non respōdeat: unde, ut Cessionis validitas expendatur; non Canonum Decreta, sed Crbium locorumque consuetudo servanda; & in Principis Teresæ Cessione doteque assignandâ, nobis tantum Hispanicæ Aulæ moribus innitendum.

Præterea si communem iurisconsultorum opinionem respiciamus, valuisse Cessiones sacramento suffultas cognoscemus; quamvis nuptis filiis dos nondū persoluta fuerit. a Cū dos igitur summum illud sit, quod exposcere possint; hæc vel ad-

a Semper illa ratio constitutionis viget. Seruādum esse iuramentum, quod absq; dispendio salutis æternæ servari potest. Etenim in proposita specie, in qua filia nullam dotem accipit, negari nequit, quin hæc ratio ex iuramenti Religione petita, locū habeat. Et licet verba constitutionis speciem istam,

non comprehendant. Ratio tamen quæ (vt dicitur) est anima legis, eam comprehendit, & hoc sufficit, *Fach. Controv.l.3.cap 4.*

Hanc esse communiorem sententiam docet *Imola in l.qui subest ff.de acquir. hered. Ruinus cons.204. lib.1. Seraph. Privileg.20. n.29.*

a Sufficit patrem do taisse filiã computatoeo quod habere debet ex bonis maternis, ut Renunciatio valida sit, nec cõtra leges *Fach. Controv lib. 10.cap.39* Neque ad id obstat *lex ult C. de dot promiss.* quia sublata fuit a *novella xxi. Leonis Imp.*

adventitia, vel profectitia sit; sive a Matre, sive ab Agnatis, amicisque promanet; filijs dotis nomine satisdat: cessionisque rationes firmat; quæ præcipuè familiarum prospicit incolumitati. a Tandem cum in cessione, non tantum Patris, sed matris etiam bonis speciatim renunciatum sit, non est quod dubites filiarum b jura frustrari.

Belgium pervasit hic mos, ubi maternis bonis ad se devolutionis jure spectantibus, filiæ, ut masculis succurrant, nemine adversante, renunciant. Tu verò, qui Textibus Baldi, Fernandi, Montalvi, Covarruviæ;

b Filia a matris successione non repellitur, nisi nominatim renunciaverit bonis maternis. *Accurs. Paul. a Castr. Bald. Corneus in lege 1. de leg.hered.*

ruviæ; ſententijſq; undique contra-ctis, honeſtatem, & totius Orbis auctoritatem infringis; Si nulli partium ſtudens, Textus perpendere exactius volueris; incautè nimium ſcripſiſſe dices; quamvis ad rem noſtram non faciant, neque ad cauſſam pertineant, in quâ materna etiã bona repudiantur. Eſto etiam, ut id cõcedatur: quid quæſo pervinces? filiabus in materna bona jus adhuc ſupereſſe, aut ſupplementũ dotis deberi.

Lex *Rainutius duas habens filias*, quæ probat, *Si de proprijs bonis filia fuèrit dotata, non eſt excluſa*, apertiſsimè oſtendit, filiam à bonorum ſuorum petitione excludi non poſſe; bona illa enim, quæ dotem conſtituere; à Patre eidem deberi cenſentur. Viden quam obtuſas a pharetris Authorum tuorum ſagittas depromis! At ſi rem accuratius ſcrutemur, ubi materna, quæ ſupponis, bona reperies? Hiſpanicus enim mos Philippum Regem Principis Balthaſſaris Filii olim defuncti jure optimo hereditati ſubſtituit. Quingenti igitur mille nummi Reginæ Iſa-

bellæ

[illegible] Teresam fi- [illegible]. Legem reci- [illegible] coniugis [illegible] secundas ce- [illegible]: [illegible] ...mulari, [illegible] possit [illegible]. Insuper [illegible]. eorum [illegible], & [illegible].

[illegible] mercatorum [illegible], Te- [illegible] bona de- [illegible] de Hispaniâ; [illegible], Patrem ab [illegible] absol- [illegible] fruatur; & [illegible] à tot regiis [illegible], mater- [illegible] Teresæ Prin- [illegible] [illegible] provinciis [illegible] expli- [illegible] Principe ady- [illegible] debet; ab [illegible] foederum [illegible] [illegible] ejus [illegible] levare- [illegible]

tur. Legitimâ verò, ut filios ab egeſtate protegerent; utque poſt Patris obitum, filijs ea alimentorum jura ſupereſſent, quibus Pater totius vitæ ſpatio opem ferre cogebatur.

Cum igitur adducti fines, & cauſſæ à ſummâ Principum conditione deſciſcant; humiles etiam nominum reſpectus, plebejum redolentes, ceſſant; ſed coeuntibus Aularum ſtudiis in æquâ dote conſtituendâ, quæ ex legitimâ, propriis, parentumque facultatibus conſtet; Filiæ Principibus nubunt; tuncque explicitè, aut implicitè ſpes ſuas ſilentio obruunt.

Mos Principum hic eſt innumeris ſtipatus exemplis; & qui ætatibus omnibus, noſtrâ præſertim, per totius Europæ Regna percrebuit; tibi ne vox quidem vna, quâ huic veritati repugnes, fert opem. Valeret igitur Ceſsio reſpectu dotis, etiamſi non aſsignatæ ex bonis Maternis, aut Paternis; in quæ, ſi ferret occaſio, daretur regreſſus: quia apud Principes Ceſsionum fundamentum nunquam eſt dotis qualitas, vel quantitas; ſed publica Re-

gno-

gnorum necessitas; ut in hoc casu contigit, & clarius ostendam.

Patet interim vanitas, Principi Teresæ ex Paternis facultatibus dotem non superesse; Catholicus enim recti dominii jure spoliari maluit, ut tot oppida, Provinciasque Regi Christianissimo traderet; conjugio Pacem initurus. Principi vero filiæ spes futuras cedenti, Pater propria in Alsatiam adhuc vigentia jura permisit; Gemmarum, auri, argentique vim prætereo largâ profusam manu; & quingenta nummum millia, Gallico Rege probante, in dotis integrum pretium destinata; Cum Catholicus (ut dixi) filii sit hæres, ac propterea dotis ad Isabellam Reginam spectantis justus possessor: in quo altius tuæ personant voces. Ast fallitur quicunque Gallicæ aviditatis meditamenta, veluti religiosas, ac inviolandas quasdam regulas, in Castellæ regios aditus inducere tentat.

CAP.

CAP. III.

An Principis Teresæ Cessioni Læsio insit.

CEssionis validitatem turpissimæ læsionis caussâ irritam fieri; quoniam ex innumeris propè facultatibus ad Principem Teresam spectantibus, pars minima eidem fuerit assignata.

Suppositi vanitatem redarguit eadem Princeps, in dotalibus tabulis ita loquuta.

Optimè scio ex maternis, & paternis bonis, hereditatis, aut legitimæ jure 500. m. nummos subductis calculis, ad me non spectare; hancque dotem multum convenire fateor; cum major sit ex ijs, quas adhuc Hispanicæ Principes obtinuerint.

Et quidem altius libera Principum bona rimanti, si facultates obnoxias detrahas, quam levis momenti (etiam supputatorum servato ordine) filiarum legitimæ viderentur! & in Aulis, si legitimæ quantitas perpenderetur; Isabella Re-

gina

gina quingentos mille nummos, non æquam portionem, quæ ſibi ex paternis materniſque bonis ſpectaret, dicere poſſet; eaque foret jactura a Gallis penſanda. At procul humiles hæ notæ. Regia conjugia non dotis vi, ſed è regnorum quæſtibus pendent; nulli foro, ſed, quæ in ipſis invaluit conſuetudini ſubiecta. Modica pecunia, & dotis, & legitimæ, paternæ denique hæreditatis portiones implet. Importunum eſſet æquis expendere lancibus, quanti regiarum Filiarum legitima poſsit æſtimari. Quare minimis hiſce poſt habitis, Regum uſus doti omnino acquievit; læſionis umbris, & contentionibus ſuppreſsis: nomen adhuc inauditum; quo nihil turpius adverſus patrium genus in regalium puellarum ore ſonat.

Detur autem, humanitatis gratiâ, ad Tereſam Principem ampliſsimas pertinere facultates; cur ab his ſe abdicare non poterat, patremque, aut fratrem ſubſtituere; Familiæ, Regnorum, Populorumque utilitati ſtudens? Quis humanum ingeniũ tàm in arcto ponat, ut illi de ſuiſmet

rebus disponendis demat arbitriū? Ciuiles, ac Naturæ leges à quocūq; bona sua distribui posse permittunt, accessiones item, & jura abrenunciari, donari,[a] & pro libitu profūdi. Clarissima veritas candidiori luce non eget. Perpendenda tamen gravissimorum cōsilia interpretum, qui in futurorum bonorum cessionibus, quâcumque læsione non obstante, contractus validitati subscribunt; argumenti præterea comprobantes bonorum jam adeptorū cessiones læsione tantummodo turbari; ita igitur excipiendæ sunt Iurisconsultorum voces, invaliditatem turpis læsionis culpâ sustinentium. b

a Vnusquisque cujus gratia aliqua res est instituta, potest de ea liberrime disponere, eique si velit, renunciare, ac prętermittere; quinimò etiam prodigere. *l. pen. C. de pact. Iason ibi. Vasqu. Controv. l. 1. cap. 42.*

Fatetur Carolus tuus Molinæus, hanc solere supremam Parisiorum Curiam ferre sententiam; minoribus nempè Filiabus c congruâ ad-

 dictâ

b Læsio etiam enormis non rescindit Contractum; nam in Renunciatione non agitur de jure quæsito, sed quærendo; quod ex incerto futuro eventu pendet *ex Bart. in l. 1. Nunciatio. n.* 34. Et filiæ nullum jus competit in bona patris viventis *l. 1. §. si Impub. ff. de collat. bonor.* Tempore autem mortis patris, quid, & quantum de bonis ejus futurum sit incertum. *Paul. Castr. cons.* 174. *Cravet. cons.* 114. *Ancharan. q.* 50.

Parisiens.l.3.cons.26.cum Imola. Alex. & alijs, quos citat, & sequitur *Gabriell.l.3. concl tit. de iure not.*
c *Carol. Molin.in Alex.cons.29.l1.Nic.Boer.decis 62.*

dictâ dote, gravissimâ quâcumque læsione non obstante in patria bona aditum denegari. Covarruviæ Antistes, à quò spicula in nos jacere doceris, apertè testatur non posse pacta rescindi, a si filiæ ante annũ 25. duplici Cessione (juramento videlicet, priorem contractum firmando) bonis paternis, tam adipiscendis, quam adeptis cessesint; quamvis nefariæ læsioni implicentur; duplicis enim Cessionis vi, privilegio etiam rescindendi contractum cessisse creditur. Et licet citato à te loco affirmet: *Si læsio gravissima contigerit, renunciatio nulla est*; rationem tamen assignat dicens: *quod non videatur jurans in tantam læsionem consensisse*. At tù qui apprimè noveras cubitalibus litteris Principem Teresam cessisse priuilegiis, quibus concuti aliquando fides, & læsio admitti solet; cur tam facilè offensionis in-

a Renunciatio paternæ hered.delatę vel deferendæ, facta a filia etiam minore 25. annorum, si fuerit geminata, & juramẽ to præstito, poterit nõ rescĩdi adhuc ratione gravissimæ læsionis, cui per actionem geminatam renunciatum esse præsumitur. Et hoc arguitur *ex l. C.ad Vellejan.* idq; probatur in specie *a Decio cons.181.Covar.par.3.§.3.*

la-

lapidem impingis?

Quotiescumque igitur à Iurisconsultis cessiones abolentur; aut quia nondum materna repudiata sint bona, aut ætatis, aut læsionis vitio, aut tenuiorem ob dotem, & hujusmodi exceptiones; invaliditas tunc admittitur; dummodò aperto sermone hisce cavillationibus renunciatum non sit. Veritas hæc irrefragabilis. quoties enim juniores filiæ jurejurando se obstringunt, nunquam cessionis fidem fracturas, aut ætatis, aut læsionis, aut dotis, aut legitimæ imminutæ gratiâ; contractus robur permanebit; ut auctoritatibus Interpretum; argumentis, & Hispanicis decretis Covarruviensis Antistes apertissimè probat. a

In Nuptiali verò contractu, dubiis omnibus cautum esse, quibus mordicus adhæres, expressit Tere-

 sa

a Si minor expresse promiserit juramēto præstito se nō actuiū cōtra Contractum, nec ratione minoris ætatis, nec alia quacumque, *qua gloss. in specie explicant in d. l. 2. C. de rescindend. vend.* non potest agere auxilio ad rescindendum contractum; quod quidem æquissimum est, & deducitur ex interpret. *Regiæ legis. 55. tit. 5. par. 5. Covar. par. 3. §. 3.*

non comprehendant. Ratio tamen quæ (vt dicitur) est anima legis, eam comprehendit, & hoc sufficit, *Fach. Controv.l.3.cap 4.*

Hanc esse communiorem sententiam docet *Imola in l.qui subest ff.de acquir. hered. Ruinus conf.204. lib.1. Seraph. Privileg.20. n.29.*

Sufficit adventitia, vel profectitia sit; sive a Matre, sive ab Agnatis, amicisque promanet; filijs dotis nomine satisdat: cessionisque rationes firmat; quæ præcipuè familiarum prospicit incolumitati. a Tandem cum in cessione, non tantum Patris, sed matris etiam bonis specia-tim renunciatum sit, non est quod dubites filiarum b jura frustrari.

Belgium pervasit hic mos, ubi maternis bonis ad se devolutionis jure spectantibus, filiæ, ut masculis succurrant, nemine adversante, renunciant. Tu verò, qui Textibus Baldi, Fernandi, Montalvi, Covarruviæ;

a Sufficit patrem do tasse filiã computatoeo quod habere debet ex bonis maternis, ut Renuntiatio valida sit, nec cõtra leges *Fach. Controv. lib. 10. cap. 39* Neque ad id obstat *lex ult C. de dot promiss.* quia sublata fuit a *novella xxi. Leonis Imp.*

b Filia a matris successione non repellitur, nisi nominatim renunciaverit bonis maternis. *Accurs. Paul. a Castr. Bald. Corneus in lege 1. de leg. hered.*

ruviæ; sententijsq; undique contra-ctis, honestatem, & totius Orbis auctoritatem infringis; Si nulli partium studens, Textus perpendere exactius volueris; incautè nimium scripsisse dices; quamvis ad rem nostram non faciant, neque ad caussam pertineant, in quâ materna etiã bona repudiantur. Esto etiam, ut id cõcedatur: quid quæso pervinces? filiabus in materna bona jus adhucsupe-resse, aut supplementũ dotis deberi.

Lex *Rainutius duas habens filias*, quæ probat, *Si de proprijs bonis filia fuerit dotata, non est exclusa.* apertissimè ostendit, filiam à bonorum suorum petitione excludi non posse; bona illa enim, quæ dotem constituere; à Patre eidem deberi censentur. Viden quam obtusas a pharetris Authorum tuorum sagittas depromis! At si rem accuratius scrutemur, ubi materna, quæ supponis, bona reperies? Hispanicus enim mos Philippum Regem Principis Balthassaris Filii olim defuncti jure optimo hereditati substituit. Quingenti igitur mille nummi Reginæ Isa-

bellæ

bellæ, ad Principem Tereſam filiam non ſpectant. Legem recitas, quâ viris defunctæ conjugis bona denegantur, cum ſecundas celebrant nuptias; quaſi diſsimulari, tanquam iniquior, abrogatio poſsit à Pontificibus decreta. Inſuper Principes excipi fas erat; quorum iteratis nuptiis, & publicæ ſaluti, & regnorum uſui conſulitur.

Si tandem plebejo mercatorum more nobis res eſt diſcutienda, Tereſæque Principis materna bona detineri dicamus, adhuc ab Hiſpaniâ; in mentem tibi reuoca, Patrem ab alimentis Filiæ miniſtrandis abſolvi, a quæ propriis bonis fruatur; & exactiſsimis rationibus à tot regiis alimentorum ſumptibus, maternam, quæ deberetur Tereſæ Principi, facultatem penè exæquatam comperies; Heîcq; tua de provinciis ſomnia prætereo; aptiori loco explicanda. Interim cum à Principũ adytis populi forũ longiſsimè diſtet; ab aliis decet fundamentis fœderum robur extolli. Dotem, ut à peritis traditur, veteres inſtituere, ut ejus proventu matrimonii onera levarẽtur

a *Bart. ad L. libertis 1. n. 3. ff de aliment.*

tur. Legitimâ verò,ut filios ab egeſtate protegerent; utque poſt Patris obitum, filijs ea alimentorum jura ſupereſſent, quibus Pater totius vitæ ſpatio opem ferre cogebatur.

Cum igitur adducti fines,& cauſſæ à ſummâ Principum conditione deſciſcant;humiles etiam nominum reſpectus, plebejum redolentes, ceſſant; ſed coeuntibus Aularum ſtudiis in æquâ dote conſtituendâ, quæ ex legitimâ, propriis, parentumque facultatibus conſtet; Filiæ Principibus nubunt; tuncque explicitè, aut implicitè ſpes ſuas ſilentio obruunt.

Mos Principum hic eſt innumeris ſtipatus exemplis; & qui ætatibus omnibus, noſtrâ præſertim, per totius Europæ Regna percrebuit; tibi ne vox quidem vna, quâ huic veritati repugnes, fert opem. Valeret igitur Ceſsio reſpectu dotis, etiamſi non aſsignatæ ex bonis Maternis, aut Paternis; in quæ,ſi ferret occaſio, daretur regreſſus: quia apud Principes Ceſsionum fundamentum nunquam eſt dotis qualitas, vel quantitas; ſed publica Re-

gno-

gnorum necessitas; ut in hoc casu contigit, & clarius ostendam.

Patet interim vanitas, Principi Teresæ ex Paternis facultatibus dotem non superesse; Catholicus enim recti dominii jure spoliari maluit, ut tot oppida, Provinciasque Regi Christianissimo traderet; conjugio Pacem initurus. Principi vero filiæ spes futuras cedenti, Pater propria in Alsatiam adhuc vigentia jura permisit; Gemmarum, auri, argentique vim prætereo largâ profusam manu; & quingenta nummum millia, Gallico Rege probante, in dotis integrum pretium destinata; Cum Catholicus (ut dixi) filii sit hæres, ac propterea dotis ad Isabellam Reginam spectantis justus possessor: in quo altius tuæ personant voces. Ast fallitur quicunque Gallicæ aviditatis meditamenta, veluti religiosas, ac inviolandas quasdam regulas, in Castellæ regios aditus inducere tentat.

CAP.

CAP. III.

An Principis Teresæ Cessioni Læsio insit.

CEssionis validitatem turpissimæ læsionis caussâ irritam fieri; quoniam ex innumeris propè facultatibus ad Principem Teresam spectantibus, pars minima eidem fuerit assignata.

Suppositi vanitatem redarguit eadem Princeps, in dotalibus tabulis ita loquuta.

Optimè scio ex maternis, & paternis bonis, hereditatis, aut legitimæ jure 500. m. nummos subductis calculis, ad me non spectare; hancque dotem multum convenire fateor; cum major sit ex iis, quas adhuc Hispanicæ Principes obtinuerint.

Et quidem altius libera Principum bona rimanti, si facultates obnoxias detrahas, quam levis momenti (etiam supputatorum servato ordine) filiarum legitimæ viderentur! & in Aulis, si legitimæ quantitas perpenderetur; Isabella Regina

gina quingentos mille nummos, non æquam portionem, quæ sibi ex paternis maternisque bonis spectaret, dicere posset;eaque foret jactura a Gallis pensanda. At procul humiles hæ notæ. Regia conjugia non dotis vi, sed è regnorum quæstibus pendent; nulli foro, sed, quæ in ipsis invaluit consuetudini subiecta. Modica pecunia, & dotis, & legitimæ, paternæ denique hæreditatis portiones implet. Importunum esset æquis expendere lancibus, quanti regiarum Filiarum legitima possit æstimari. Quare minimis hisce post habitis, Regum usus doti omnino acquievit; læsionis umbris, & contentionibus suppressis: nomen adhuc inauditum; quo nihil turpius adversus patrium genus in regalium puellarum ore sonat.

Detur autem,humanitatis gratiâ, ad Teresam Principem amplissimas pertinere facultates; cur ab his se abdicare non poterat, patremque, aut fratrem substituere; Familiæ, Regnorum, Populorumque utilitati studens? Quis humanum ingeniũ tàm in arcto ponat,ut illi de suismet

rebus

rebus disponendis demat arbitriū? Ciuiles, ac Naturæ leges à quocūq; bona sua distribui posse permittunt, accessiones item, & jura abrenunciari, donari,[a] & pro libitu profūdi. Clarissima veritas candidiori luce non eget. Perpendenda tamen gravissimorum cōsilia interpretum, qui in futurorum bonorum cessionibus, quâcumque læsione non obstante, contractus validitati subscribunt; argumenti præterea com probantes bonorum jam adeptorū recessiones læsione tantummodo turbari; ita igitur excipiendæ sunt Iurisconsultorum voces, invaliditatem turpis læsionis culpâ sustinentium. b

Fatetur Carolus tuus Molinæus, hanc solere supremam Parisiorum Curiam ferre sententiam; minoribus nempè Filiabus c congruâ ad-

a Vnusquisque cujus gratia aliqua res est instituta, potest de ea liberrime disponere, eique si velit, renunciare, ac prętermittere; quinimò etiam pro digere. *l. pen. C. de pact. Iason ibi. Vasqu. Controv. l. 1. cap. 42.*

b Læsio etiam enormis non rescindit Contractum; nam in Renunciatione non agitur de jure quæsito, sed quærendo; quod ex incerto futuro eventu pendet *ex Bart. in l. 1. Nunciatio. n.* 34. Et filiæ nullum jus competit in bona patris viventis *l. 1. §. si Impub. ff. de collat. bonor.* Tempore autem mortis patris, quid, & quantum de bonis ejus futurum sit incertum. *Paul. Castr. consi. 174. Cravet. cons. 114. Ancharan. q. 50.*

Parisiens.l.3.cons.26.cum Imola. Alex. & alijs, quos citat, & sequitur *Gabriell.l.3.conel tit.de iure not.*
c *Carol. Molin.in Alex.cons.19.l1.Nic.Boer.decis 62.*

dictâ dote, gravissimâ quâcumque læsione non obstante in patria bona aditum denegari. Covarruviæ Antistes, à quò spicula in nos jacere doceris, apertè testatur non posse pacta rescindi, a si filiæ ante annũ 25. duplici Cessione (juramento videlicet, priorem contractum firmando) bonis paternis, tam adipiscendis, quam adeptis cesserint; quamvis nefariæ læsioni implicentur; duplicis enim Cessionis vi, privilegio etiam rescindendi contractum cessisse creditur. Et licet citato à te loco affirmet: *Si læsio gravissima contigerit, renunciatio nulla est*; rationem tamen assignat dicens: *quod non videatur jurans in tantam læsionem consensisse*. At tù qui apprimè noveras cubitalibus litteris Principem Teresam cessisse priuilegiis, quibus concuti aliquando fides, & læsio admitti solet; cur tam facilè offensionis illaqueationem geminatam renunciatum esse præsumitur. Et hoc arguitur *ex l. C.ad Vellejan.* idq; probatur in specie *a Decio cons.181.Covar.par.3.§.3.*

a Renunciatio paternæ hered.delatę vel deferendæ, facta a filia etiam minore 25. annorum, si fuerit geminata, & juramẽto præstito, poterit nõ rescĩdi adhuc ratione gravissimæ læsionis, cui per a-

lapidem impingis?

Quotiescumque igitur à Iurisconsultis cessiones abolentur; aut quia nondum materna repudiata sint bona, aut ætatis, aut læsionis vitio, aut tenuiorem ob dotem, & hujusmodi exceptiones; invaliditas tunc admittitur; dummodò aperto sermone hisce cavillationibus renunciatum non sit. Veritas hæc irrefragabilis. quoties enim juniores filiæ jurejurando se obstringunt, nunquam cessionis fidem fracturas, aut ætatis, aut læsionis, aut dotis, aut legitimæ imminutæ gratiâ; contractus robur permanebit; ut auctoritatibus Interpretum; argumentis, & Hispanicis decretis Covarruviensis Antistes apertissimè probat. a

In Nuptiali verò contractu, dubiis omnibus cautum esse, quibus mordicus adhæres, expressit Tere-

 sa

a Si minor expresse promiserit juramēto præstito se nō acturū cōtra Contractum, nec ratione minoris ætatis, nec alia quacumque, *quæ gloss. in specie explicant in d. l. 2. C. de rescindend. vend.* non potest agere auxilio ad rescindendum contractum; quod quidem æquissimum est, & deducitur ex interpret. *Regiæ legis. 5 5. tit. 5. par. 5. Covar. par. 3. §. 3.*

ſa Princeps in nuptialibus tabulis hiſce verbis.

Quod pro dote promiſſâ mihi nummum quingentorum millium, &c. ſatisfactum erit loco recti dominij, et actionum mihi competentium, aut in præſens, aut in poſterum in bona Sereniſsimæ Iſabellæ Reginæ Matris meæ; necnon Regis Domini mei futuram hereditatem, &c. & in omne id, in quod ſubſtitui poßem ut filia, & Majeſtatum Catholicarum heres, jure quocunque, aut titulo cogitato, aut non excogitato, præviſo, aut ignoto; tam ex lineâ Paternâ, quam Maternâ.

Addit ulterius.

Etiamſi Regis Domini mei hereditas quam relinquet opulentiſsima fuerit, tantique pretij, ut ejus mihi velut alteri ex filijs ſuis præſentibus, aut futuris pertinere poſſet ſumma major iſtis 500. m. nummis, licet etiam longiſsime excederet, caſuſq; daretur (quod Deus avertat) paterni obitus tempore unicam me filiam ſupereße, ut in caſu illo nullus meo nomine, & pro me expetere aliquam portionem majorem bonorum: vel

vel legitimam, aut hereditatem Regis Domini mei, promitto nullo tempore, nec aliquo jure, vel prætextu me consensuram alios agere contra hanc meam Renunciationem, & Cessionem a me factam jurium meorum, actionum, aut intentionum: unde absisto, & me à quocumque tam ordinario, quam extraordinario præsidio removeo, quod communi jure ad me attineret, aut lege hujus Regni, aut præcipuo indulto: & præsertim à concedente restitutionem in integrum, ætatis meæ defectui inhærentem, aut læsioni enormi, aut enormissimæ; aut aßerendo dotem contractus hujusce causam extitisse; ne prædictis remedijs, aut subterfugijs utar, aut uti possim, aut reclamare ad Iustitiæ tribunal, &c.

Proletarij cujusvis hominis filiæ, quæ Celsionem tot derogationibus celebrasset, Iustitiæ facies denegaretur, si parentes de contractus invaliditate criminari vellet. Tu vero religionem nobis incutis, in contractu Regum; qui humilia perosi, bonum publicum, & Regnorum securitatem tantummodo spectant;

quorum dignitati in supremis caussis Tribunalia jus non dicunt; nec Fori consuetudo legem imponit.

At si rectus invitat, cur obliquo tramite pergimus? Matrimonium est Pacis origo: utque nobilior, ac dignior pars, quibuscumque Pacis partibus relationem habet: ergo respectu matrimonij, Catholicus libens tot oppida, provinciasque Galliæ cessit, ut iisdem filiam augeret, quæ inseparabili nexu Christianissimo Regi conjuncta consideratur. Quare tot ditionum cessio quâvis dote maior apparet, quæ à Teresâ Principe possit unquam exposci; læsio igitur abest.

Si verò dicas in pace ineundâ, Galliam complura oppida reddidisse, quæ vi retinuerat; usurpasse illa responderim, & postulari fortasse repetundarum aliquando, & ad proventus restituendos, sarciendaque damna compelli potuisse. Quod verò Connubii vi, à quo Pax emanavit, & ad suamet jura tradenda Catholici regalem animum flexit, Gallia in legitimo ipsarum dominatu locata fuerit; apud Orbem

egre-

egregiè ſonat, magnique æſtimatur; res, ut aiunt, ſine pretio pretioſa.

Cum autem læſionis eſſentiam intueor, audaciam, quâ frigidas adverſarius nugas intexit admiror; ad læſionem comprobandã non ſatis eſt oſtendere, filiam amplas ad ſe aliquo modo ſpectantes opes ejurando, à Patre non accepiſſe niſi æs exiguum, & decuplo minus illo, quod ſibi debebatur. Filiabus enim in latiorem fortunam admiſſis, & jure matrimonii à paternâ induſtriâ floretiſſimis addictis laribus; etſi legitimâ, & dote privatis, cõtractus tamen validitas ab omni lege confirmatur; non conſideratâ læſione: Cũ beneficijs, non damnis cumulentur filiæ, quæ, quamuis à patre ſpoliari videantur; multum tamen incrementi recipiunt; & hoc evenit contractus nuptialis vi, in quo paternæ facultatis ceſſione majora ſibi vindicant bona, unde interius Tereſæ Principis conditionem intuenti, patebit, contractu maritali (quo tenuiſsimæ doti, & remotæ ſpei titulis renunciavit) certiora fuiſſe bona

consequutam; dignitate, gloriâ, fortunâ, longe præstantia ijs, quibus cedere cōvenit, ne cæteris careret; vt aperiam loco. E[illegible] non in læsione deliquit Cessio, quæ verè permutatio fuit; cum [illegible]arit Princeps, ut inde possideret.

Ex allatis rationibus interim colligitur. Cessiones Filiarum, non tantum Principum, aut Naturæ legibus adversari, sed esse è re publicâ, multumque utilitatis conferre;

Principis validissimam esse bonorum parentum Cessionem, ob dotem ei patriis ex bonis erutam; quod tamen nihil necessarium, procul læsione remotâ: insuper à specificis derogationibus Dotali Instrumento annexis secundum Fori ritus, & Iurisconsultorum auctoritates, Gallici Scriptoris evanescere commenta. Cumq; à vulgo sit regia consuetudo longe dissita, ab hâc etiam legibus distingui. Cessiones item, & regiarum filiarum dotes ex Regnorum necessitate pendere; & à contrahentium Principum animis suum robur tantum desumere.

CAP.

CAP. IV.

An conditione solvendæ dotis neglecta, contractus validitas concidat.

HIstricis in morem spinas suas heic arrigit Assertor, Cessionemque adortus, ait; deliquisse Hispaniam, quæ infra præscripti temporis spatia (octo, & decem mensium præfigebantur) dotis pretium non solvit. Exclamat igitur.

Culpandam non modo, sed puniendam Hispaniam: pœnamque Reginæ Teresæ redintegrationem fore in pristinam libertatem. Non illi dotem esse abrogandam, ad quam tātum modò cessio respexit. Dotem promissam nomine duntaxat, non re talem esse. Flagitium illud ingens, terminos videlicet excessisse, non ultra lui posse; etiamsi dos re verâ exhibeatur. Restituendam ergo Reginam hereditati, & successioni, ad quas à Natura vocatur.

Et heîc Adversario vacat enthymematum, textuumque struem cōgerere, & exasperatâ ingenij acie, studio nimis, & curis quatitur, ut suam caussàm instituat; quam po-

tius sophismatum, & verborum phaleris onerat, quam ornat.

Quia Regis Catholici solutio ad pacta, & conventa non respondit, rescindatur contractus: Sed neque Christianissimus, & ejus Curia, nuptialem Chirographum approbavere; Quid ergo? grates sunt illis agendæ. Quo jure? quia qui puniri non potest, non sontem vocamus, sed dominum. Hæc est Galliæ ratiocinatio *Hispaniam, non se obligari*. Rationem quæris? *Ius in armis*; cui jam quadraginta millia ensium cuspides subscribunt. Esto. Quid chartis insudandum? At ego nil præter calamo calamũ obijcere contendo; Dei, & Principum arma armis obstabunt. Verum ad rem nostram. Celebratis nuptijs firmandus erat, & exin à Curiâ Gallicâ approbandus contractus; pactaque tum dotis portio ab Hispaniâ solvenda; sed rursum quis vetat, & illam firmari, & hanc dependi? Rex ideo Catholicus in testando Cessionis contractum ratum dicens, aperte exaggeravit; non Hispaniam iisdem nexibus attineri, quibus se Gallia explicasset,

caſſet. Non Hiſpanis dependere primo, quam Gallis probare decretum, prout in pactorum Syngraphâ: ad verbum. a

Præter obligationis, & approbationis actum, quem Infans confecerit, debebit artutum poſt nuptias una cum Rege Chriſtianiſsimo alterum ſtipulari, approbandum a Parlamento Pariſiorum, eâ formâ, & clauſulis, quæ ſunt in uſu. Quæ *Ceſsio, & ratificatio probari, & in acta mitti debebit a Catholico, & ejus Conſilio.*

His amotis, Catholicus ingenitâ ſibi clementiâ pecuniam ſolvi juſſit, dummodo ſtaret conventis Gallia. Tantum aberát, ut in regiâ illâ mẽte ſuſpicio caderet, ſolutionis moras ullum unquam Ceſſioni damnum inferre potuiſſe. Et quamvis habeatur in contractu, quod licet ratum Gallia non fecerit, feciſſe tamen intelligatur; hoc ipſum nobis cavet; vos non exolvit. Culpanda ergò tarditatis incurioſa ſtudio Gallia, non lenta ſolertè Hiſpania. Si enim miſiſſet, ut par erat, conventiones firmatas Gener; Socer, ut æquum, & pecuniam expendiſſet.

a *La clauſula de la Ratification no ſe ha cõplido por parte del Rey Criſtianiſſimo, y de la Infanta mi Hiya, cõ che yo le hè eſtado y eſtoy eſcujado de pagar la Dote, que ofrecí, mientras el Rey Criſtianiſs. y mi Hiya no cumplieran eſta obligaſiõ, etc*

Eſto tamen; finge tibi, quod Hiſpania, moras nectendo, noxam cõtraxerit; an propterea renunciatio abolenda? & quidem, inquis; minimoque minus & connubium dixiſti? Atqui arenam heîc colligo, ne tam lubricus hoſtis manum eludat. Verba en dotalis clauſulæ adamuſſim.

Mediante ſolutione intra ſupradictos terminos Regi Chriſtianiſſimo factâ, Sereniſſima Infans ſibi ſatisfactum dicet, & dicit pro dictâ dote.

Illud verò *mediante ſolutione ſibi ſatisfactum dicet, & dicit*; quid infert aliud, quam, cum eidem ſatisfactum fuerit, non ultra requiret? Satisfactio enim, non in deſponsâ, ſed in ſolutâ congruo tempore dote conſiſtit; quâ nunc, pro tunc temporis ſibi ſatisfactum exprimit. Aſſertor nihilominus virgultum hoc, quaſi clavam Herculis jactans, gentili proceritate reſultans, & vano verborum ſtrepitu aerem verberans, in vocaliſſimam aviculam ſcomma illud jactum ſibi uſurpat. *vox, vox: præterea nihil.*

Age dum recta pergamus, & ab

ipsâ exordiamur dote. Videtur hæc consuetudinis vi ad Cessiones probandas validissima; ut vero non est necessaria, sic rei ipsi adesse non cogitur; neque assignari; cùm in Chirographo nuptiali constituta, & expressa appareat. Vsus hic in Italiâ, in Hispaniâ quoque, & Belgio; & fronte licet caperatâ despiciat, in Galliâ suâ convaluit: ubi tantum promissâ dote, puellæ vel consuetudinis, vel pactorum vi, à qualibet parentum successione excluduntur. Idcirco, ut filia sibi dotis nomine satisfactum dicat, non dos ipsa requiritur; sed dotis assignatio; prout sapienter, post Baldum, docet Benedictus, a omnesq; Bonifacij Pontificis Decretalis interpretes, in verbis, *dote contenta*, b explicant æque dici tàm de assignatâ, quàm de promissâ dote. Doctorum postremò omnium sententiæ decernunt, c *promissam*

a ut dotata dicatur filia, non exigitur dos reipsa illi numerata, sed sufficit sola dotis constitutio. *Bald. in Lege. non fine. nu. 2. C. de Bon. quæ liber. trad. Gulielmus Benedict. in cap. Raynut. verb. Duas hab. fil. n. 155.*

b Cum dote contenta est, idest, quando post initas nuptias dos promissa solvitur, vel de ea fides habetur *Io. Monac. & S. Geminian. in d. c. Quamuis. Greg. Thol. l. 41. cap. 12.*

c Dos promissa est propri e dos. ita communis *in Rubrica sol. mat.* & probatur ex textu *in L. cum post. §. 1. ff. de adm. tut. Paul.*

missam pro verâ, ac legitimâ dote habendam. Talpæ igitur naturam induit, qui in tanto luminis fulgore cæcutit, & clamitando dirumpitur, Principem Teresam dote, quia dos promissa pro dote non habeatur, caruisse.

Si dos cō-stituta, seu assignata quāvis nō tradita fuerit, valeat Renū-ciatio. *Tholos. ib.* Quia videtur rē habere, qui actionem habet ad eam repe-tendam. l. *qui. actio.* 15. *de reg. Iuris.*

Nec plus ponderis, quamvis plus fellis habet assertio illa, Principem respectu dotis (quam originem Cessionis vocat) renunciasse, cujus verba ipso interprete hoc sonant.

Infantem renunciare fore contentam, si tamen in effectu solvantur quingenta nummum millia intra pactos terminos.

Si natura negat facit indignatio versum:

eo tamen moderamine bilem compescam, ut non hominem, qui tam fortiter facit, vicatim veteratoris nūcupatione compellem. Loquutionis pespicuū sensum evertere, ingenitur que sonum verbis corrumpere, fidē est humanam violare; & ejusmodi

cri-

crimen admittere, quod non minoribus victimis expietur. Verba iterum contractus addam.

Mediante solutione actuali aureorum nummum quingentorum milliũ, Infans sibi dotis nomine satisfactum dicit.

Non sunt addenda verbis mysteria, nec transferendus callidè loquutionis sensus; non dicente Principe. *Cedo bonis dummodo dos solvatur*, sed *sibi esse ea solutione satis datum, prò omni, & toto, quovis modo ipsi dotis titulo spectanti.* Hæc est germana, & legitima explicatio; analoga cunctis Chirographi clausulis, & contrahentium mentibus; qui jam cessionem efformaverant, perfecerantq; intra proprios sui limites; solutam, nullique conditioni obnoxiam.

Summatim è contractu planè cõstat, dotem, nuptias tantum; Cessionem, vero, Regnorum utilitatem respicere. Hoc tamen discrimine; quod illa à paterno officio, hæc à necessitate politicâ emanat. Illius objectus filialis amor; hujus, publicum bonum. Illa privato patris as-

sensu

ſenſu; hæc lege, & ſanctione pragmaticâ à ſupremâ Regnorum poteſtate conſtituitur. Caſuum illa varietati, hæc nullo modo fortunæ ſuccumbit. Actus illa ex arbitrio: providentia hæc ex neceſſitate. Poſtremo mulieris unius illa; hæc magni imperii proſpicit ſecuritati. Quid plura? *à dote Ceſsionem defluere* affirmat? melius ſibi conſultum opto, omitte, inquit; emanat; Syngrapha teſtatur. Nego. Ex ore Principis ipſius loquitur Syngrapha *dotem non cauſam extitiſſe hujuſce contractus*. Quid in ipſo contractu? Ceſſio, & excluſio; quæ rursū Ceſſionis & excluſionis cauſa? *Reſpectus, quem infert ſtatus rerum publicus, & (Regnorum) conſeruatio; quæ tanti eſt: ne conjungantur*. Bonum ergo publicum Regnorum Ceſſio reſpicit; quæ non conjungi, niſi & deſtrui poſſunt. Futile, & anile deliramentum eſſet, ſi dicat, Regna quingentis nummū millibus dari venum, veluti ſub coronâ, & haſtâ. In regalibus nuptiis dos eſt leviſſima appendix. Hæc lenocinetur privatorum cupiditati,

non soliis Regum adsultet.

Quid cum sponte ex Cebetianæ *ἀπάτης* calice bibat, in hoc etiam pervicaciter erumpit assertor Principi Teresæ (cum apertè dixerit; *se non bonis cessuram, nisi pactâ solutione receptâ,*) *nullâ proinde Cessionem esse; quinimmo & nullam fuisse; nisi in utero oppugnatissimi illius (Mediantis.)*

Statuas effingit, & colit: at non modo statuas, verum turpium monstrosa simulacra, ut Ægyptii quondam, conflat, & iisdem suppositis aris, litat. Quis quæso tam retusæ mentis homuncio voces illas (*solutione mediante*) non formulas antiquas esse intelligat; prout est videre in tabulis nuptialibus Margaritæ Gallicæ, & Emanuellis Allobrogis; iterumq; in Mariæ Medices, & Henrici Quarti; in nostris ad Pyrenæos nuper absolutis; ubi Alsatia, *mediantibus tribus nummum millibus* Gallicæ ditioni adijcitur. Sed in casu nostro cùm satis præsidij absolutæ ipsius formulæ Cessioni præstent; pariterque conveniant contrahentiũ, ac Administrorum ani-

mi

mi in pactorum ſubſtantiâ; nulli hominum (panurgo aliquo excepto) daretur malè interpretandi anſa. Cæterum id eſt Aſſertoris ingenium, ut clariſſimo cuique lumini tenebras obducere conetur. Sincerè autem judicanti ſenſus verborū patet, nec publicam Regnorum cauſſam ſonat, ſed privatum dotis negotium à Rege curatum, abſolutumque ad hoc, ut filia ſatisfactum ſibi ducat, & addictæ ſibi pecuniæ acquieſcat: quod nihil aliud, quàm patrimonii incolumitatē reſpicit. Periodus ergo illis privatis dumtaxat rebus incumbit; omnino publicarum expers; nullis vel umbris ſupremi Regnorum juris interſperſus: Quæ cuncta ab capitibus V. & VI. clare addiſcenda remittimus. Refelluntur itaque facundi ſcriptoris inſidiæ, qui deducit hinc ſua circa ſucceſſionem in Principatibus argumenta; ut hoc imprudentes doceat, ob dotem non delatam, *ceſſionem aboleri*; in quâ Princeps ipſa apertè loquitur.

Reſpectu Matrimonij, & ad hoc ut mecum dotem afferam, meaque

pro-

propria bona, deſpondit mihi nummum quingenta millia.

Vbi æquiuoca? non Ceſſionis causâ, ejuſdem non vi dotem mihi dicit nummum quingentorum millium; ſed connubij tantum: quæ rara indotata invenias. Veluti ergo ſuperius dixerat *Dotem non eſſe Ceſſionis cauſam*; ità heîc affirmat, *convenientias Connubij extitiſſe Dotis cauſſas*, & alibi: *Cauſſam ceſsionis bonum eſſe publicum Regnorum, Regum item Majeſtatis, & gloriæ conſervationem; populorum quietem, cæteraque ad hæc ſpectantia.*

Vbi vero difficultatum rimatores, nodumque in ſcirpo quærentes amphibologicum aliquid in hiſce verbis inveniant; ad rationem æquitatis confugiendum, & mens illorum, à quibus emanavit Ceſſio, expendenda; an videlicet ſolâ Dotis, vel Reipublicæ Regnorumque juris cauſſâ, toties ante in medio evocati. Deinde pro tali ſenſu, explicare ſi qua inſunt involucra; ne lædatur intentio, finiſque naturalis contractus, prout leges docent. a

Quòd verò inter Reges connubia

a *L. 1. de Legatis.*

bia, & fœderis acta non sint bonæ fidei contractus, sed arctissimo legum nexui districti; hoc tantum à paranomo, & inquieto homine audiri posse suspicabar; Ab Assertore tamen exaudire cogimur, cui reluctari supervacaneum fore duco; cum, & si relangueſceret argumentorum auxilium, ipsa se utraque Syngrapha tueretur, quæ terminum bonæ fidei exertissimum figit. Et quis tàm contumax, qui ingenito regio nomini æquitatis decore audeat Reges exuere; eâ æquitate, quâ lex vivit, & fœderum sanctio; ut sub vile jugum summa libertas iret, cogereturque ab usu Fori scrupulosè nimium desumere syllabas, & populari consuetudini servire?

Inter nos igitur decertandum; quærendumque; an quia insoluta dos (si vis insontem ponamus Galliam) sit Hispaniæ mora inculanda. Et medius fidius inquis. *Quæcumque leges, & Doctores cunctationem puniunt. Pœna est pactorum solutio;* nunc quis nostrum hallucinetur, & lampyridas, ut ajunt, pro vagis stellis insequatur, investigandum.

Ubi jus commune, & vis æquitatis moras judicant, moram expurgari decernunt, si quis omissa, promptè se præstiturum officia promittat: sic per leges. a Hinc evenit, ut si cunctatorem severissime plectas, pro temporis excursu fœnus tantum persolvi cogas. b adsunt Leges, & interpretes. c Contra verò eas ille profert auctorum sententias; quæ causæ nostræ frontem minimè vident. Parthorum more refugo agmine arcum intendit, vel nullis, vel incertis fretus subsidiis. Quod si pro forensi usu agamus; nullus erit inter advocatos rabula, qui ad redimendam solutionis tarditatem, evellendum esse contractum insistat; filiasque ad eam libertatem revocandas, quæ in bona paterna hostiles exercitus expediat. A suis denique omnifariam accersitis auctoribus hoc tantum si dies, & pœna apposita fuerit contractui. *ex Decretal. in Can. potuit.*

a Debitor post morã offerendo purgat moram. *L. 73. ff. de verb. obl.*

b Post moram quis tenetur ad usuram à tempore moræ. *L. in bon. fid. C. de usur. l. moram. §. in contract.*

c Datur locus purgationi moræ etiã

Admittenda est purgatio moræ, ubi adsit dies, & pœna in contractib. bonæ fidei. *Bald. in l cum allegas. in sext. opposit. C. de usur. Gomez. in action. de Action.*

tum exprimitur; cunctationis reum aliquâ pœnâ mulctari; & pœnam tunc irrogari, cùm filia, cui satisfactum non fuerit, lege agit; ac foresibus præsidiis caussam instruit, ut dotem assequatur: damnum interea dato fœnore, pensari à summo jure, ac legibus inditum. a Et sicuti creditori contractum non licet infringere, ubi pacto tempore pecuniã non receperit: b ita nec uxori licet. Textus, quo nihil congruentius, & absolutius suffragatur.

Usus in Europâ removit à praxi repetitionem bonorum, quibus sit olim renunciatum; quando non repræsentatæ pecuniæ defectu, irritæ contractus conditiones evadunt; & dummodo hic non destruatur, patet ad quæcumque refugia aditus. nec deserimur in ipsâ Galliâ, præter validam, veteremque consuetudinem, ab auctoritate Doctorum primi nominis. Groenvegus adest, qui veritati huic impensissime opitulatur, c & qui ab illo acciti: Lovetus, Bro-

a § *fuerat Instit. de action. l. ult.* §. *Praterea C. de Iure Dot.*

b Venditor quanti interest experiri potest. Nõ vero ex eo quod emptor non satis conventione fecit, cõtractus irritus constituuntur *l. 14. C. de rescind. vend.*

c Hodie non habet locum restitutio in integr. nec repetitio ob causã, & solutionem non sequutam, si ab una parte aliquid datum fuerit. *Cod ff. de condict. Causa data. Groenveg. ibid. Ant. Gonez. tom. 2. resolut. cap. 8.*

Brodæus, tuuſque Molinæus ipſiſſimus, quò non alter conſultior in Galliâ, & qui tuâ in acie anteſignani munere fungitur.

Aſſerunt Brodæus, Lovetuſque, promiſſam tantum dotem ſufficere, etiamſi re non tradatur: licet conſuetudinis vi, Pater aliquid cogatur tribuere; datumque tunc aliquid, cùm ſit dos conſtituta; dataq; fides, pecuniam, vel pretij quodvis genus reſpiciat. Eandem enim vim apud legum peritos habet, tàm enumerata, quàm pacta pecunia. a Concludit itaque Brodæus incaſſum à Filiâ dici, nunquam ſe dotis ſummam eſſe conſequutam; conſequi enim ſi vult, poteſt. ita Baldus ſingulariter in termino. b

At ne depravate Molinæi conſilio utaris, iterum perpendas precor; à Gallico enim ſcriptore iſto diſertiſſimè ſuſtinetur, nunquam poſſe filias a ceſſione, & dotis conſtitutione excluſas in paterna bona reverti; quia non traditæ, ſed aſſignatæ

a Pro æquipollẽtibus habentur in jure Pecuniam eſſe numeratã, & fidẽ de ea habitam. §. *vendita Inſtit. de acquiren. rerum dominio.*

b *Lovet. in Areſtis ad litteram R. n. 18. & Brodeaux in Annot. ad Lovet. Bald. in l. Artemid. n. 12. Cod. ut in poſſ. legat.*

signatæ dotis caussâ filiæ excluduntur. a

Gallis igitur solutionis mora non suffragatur, cum numeratâ pecuniâ neque dos, neque cessionum contractus firmentur. In casu nostro præterea dos à Cessione discrepat; non enim Dotis, sed boni publici gratiâ Princeps Cessionem celebraverit, unde ad hanc veluti primam, & efficientem Cessionis caussam, omnes contractus partes referre decet; in quo tamen sic illa effatur.

Desero, & repudio omnia mea quæcumque jura, & ijs cedo, & renuncio. (Videtur ne hic dici renunciabo tantum, cum pecunia intra præscripti temporis spatia transmittetur?) *& in Regem Dominum meum transfero, atque in Successores eius, ut ea suo arbitratu distribuant.*

Et in sexto articulo.

Majestates Regiæ consenserunt, &c. justis caussis examinatis, quæ hujus connubij caussas, & convenientias declarant, & suadent, à quo, favente Deo, summæ sunt felicitates spe-

a *Molin. in art. 37. Consuet. Arvern.* Semel filia exclusa per Renũciationem, certa dote promissa, nõ potest amplius reverti: Cum non per dotis numerationem, sed per dotis cõventionẽ filia excludatur.

sperandam in fidei Catholicæ amplitudinem, commune Regnorum beneficium, ac subditorum utriusque Regni; & respectu publicæ utilitatis, & conservationis utriusque Regni, quæ cum immensa sint, nunquam jungi queant; ideoque occasiones præveniuntur, quæ illa conjungere possent.

Igitur, ut superius diximus, Regum consensu, immo *lege, & pragmaticâ sanctione* (ut patet ex articulo sexto) decrevere, Cessionis finé, caussam, & fundamentum fuisse publicum Regnorum bonum; ut præsenti gradu servato, nunquam injuris monarchici Hispaniarum detrimentum, conjungi possint.

Alibi clarius dideritur. *Hoc negotium a Rege Domino meo peractum, qui ab affectu ductus, meis arridet votis, meamque curat felicitatem, communi saluti simul, &* Regnorum *curæ à Deo eidem commissæ prospiciens; quorum, & Gallica Regna interest, ut splendorem, & majestatem servent; utpote tot ab hinc annis (tantâ Catholici, & Christianissimi Regis famâ, & gloriâ) nunquam*

ſint imminuta, vel ſoluta; ſed quæ neceſſario imminuirentur, & ſolverentur, ſi hujus matrimonij cauſa conjungerentur in aliquo filiorum, vel nepotum. Quod & ſubditis, & Dynaſtis dolorem, & detrimentum imperceptibile inferret, &c.

Et ideo præſidijs prævenire viſũ, ne tali conjugio adverſi, & inſperati effectus reſpondeant, &c.

Cumque id communis ſit utilitatis, Filiorum, & Succeſſorum curæ antefero.

Clariori luce ad Aſſertoris figmenta retegenda non indigemus. Fateatur velit, nolit, oportet, Ceſſionem nullo modo cum dote convenire. En Regum omnia jura proſtrata, ſi ab importunis cavillationibus non eximantur. Decernunt Reges toto ſummi judicii pondere, Regnorum incolumitati conſulere, Tereſam Principem excludentes; tuque, regiâ auctoritate poſthabitâ, Ceſſionis validitatem accidentium dotalis pretii adpulſu quatere audes? Finem contrahentium publicæ Regnorũ curæ proſpexiſſe confirmat Tereſæ principis in paterna

jura revocatio, quoties exitium patriæ procul sit. In ipsomet articulo sexto dicitur.

Quod si Teresa Princeps Vidua, & sterilis post tale conjugium remanserit, à præfata exclusione liberetur; & si repetierit Hispaniam; iterumq; justas ob causas, aut publicum bonum, Patris, aut Fratris consensu connubio jungatur; hereditatibus, & successionibus frui possit.

Heres tù? non ne regiis instrumentorum verbis sacramento firmatis quæstionis viscera penetrantur? Perperam ad arietis nostri ictus frustrandos gossypina tomenta demittis. An dices ad alicujus actus validitatem caussas efficientes omnes requiri? Sed quid inde? etiamsi dos, aut persolutio ex secundis causis (quod absurdum) aliqua fuerit; attamen dum Principatus, & Reipublicæ commodum in contractu nostro (ut apparet), spectetur; hoc ipsum validitatem tueri, omisso dotis suffragio, potest: ut communi sapientum auctoritate Tiraquellus principali causæ in humanis conventionibus suppetias affert. a

a Ejus quod principale est ratio habetur; neglecto eo, quod secũdarium est. *Tiraq. ad reg. Cessante caussa limitat.* 22.

Cum Cessionis nostræ origo ab urgentissimis pendeat caussis, quæ neque mutari, neque ullo modo ad factum contingens, aut particulare reduci possunt (ut casus dotis, quæ suspendi, prohiberi, iterumque restaurari potest) nullâ conditionum compede vinciri fas erat; incertis enim eventibus non exponitur; nec pensari unquam posset; ubi viribus elisis, dominia summæ dignitatis distraherentur; quod unicam, veramque contrahentium Principum intentionem eluderet. Et si privatis familiis mos inest, in filiarum cessionibus, tenui dote exhibitâ, generis æternitati prospicere; quanto magis Regnorum necessitas, & publica utilitas in regiis conjugiis vrget? in quibus dos, & pecunia minoris æstimatur? Et thure, & fidibus juvat Assertoris placare Genium, si Principum, aut Reginarum exemplis ostendat, dotalis pecuniæ defectum juratæ cessionis vim unquam enervasse.

Colligat hinc, Teresæ Principi dotem fuisse assignatam; cessisseque ipsâ non pecuniæ, sed paterni Impe-

rii gratiâ; Galliâ nostræ cunctationis incusandam. Cunctationem verò fœnore purgandam. Cessionem insuper publico bono inhærentem nunquam lacerari posse; ut lege, à summâ potentiâ prodeunte, Catholicus, & Christianis. Reges decrevere. Quare non expletę conditionis vitreæ basi Gallicus colossus innititur: misericordiâ interim magis quã irâ nobis Assertoris infelices injuriæ transmittuntur, quibus Hispanæ Curiæ imprudenter oblatrat; quinetiam in Regis optimi Philippi memoriam arrectis pilis, rictuque ad aures dehiscente infanda vomit, cujus tamen virtutum fructus, squilacis herbæ in morem, quæ à defunctorum reliquijs orta balsami vice fungitur; nomen inclytum ab invidiæ contactu defendit.

CAP. V.

An Princeps Teresa bona adepta habuerit, & an hæc repudiari queant.

INter futura bona, quibus in universum cessit Princeps, cum ali-

qua acquisita reperiantur, ab eâdem non poterant ob teneram ætatem repudiari (juri enim acquisito nemo renunciare potest, futuro, nihil vetat.) *quare conventionis pars corrupta incorruptum quod remanet inquinando, contractum proscindit.*

Speciosum sanè argumentum nisi in cespite lateret anguis. Quænã sunt acquisita bona? *Dos Reginæ Isabellæ*. aliud ne superest? *Belgij Provinciæ*. volatus est accipitris, à quo licet fuga simuletur, oculis tamen designatur preda.

Fidẽ heîc boni viri in arrhã accipiat, credatq; velim adversarius, res Belgicas Principi Teresæ neq; convenisse, neq; convenire; & condigne credendũ; veritatem enim sic revelatam loco reponam, ut non nisi peruicaci refractariolo, sit negandi locus. Atqui si voluisset rationes in examen adducere, remoto armorũ strepitu, facillimè Galliam amor æquitatis intrasset. Sed cæcus sui amor, & fortuna, quæ quos evehit ad excelsa in vertiginẽ debilitare solet, in culpa est, caussam a controversiâ ad crimen transferri. Obiter

ter tamen ingentis illum erroris admoneo. Detur quippe Belgium Balthassari fratre defuncto, Principi Teresæ devolutum; vivente nihilominus patre, bona hæc devoluta, non acquisita censebantur: patrique cedebat proventus hereditatis, libera administratio, & proprium jus in bona ab uxoris morte ad filios devoluta. Devolutio enim, quæ non successio, sed certitudo est sub aliquâ conditione succedendi; nullum filijs, nisi sint Patri superstites, jus præbet. realis hinc proprietas in patre viget; nuda, & civilis consideratur in filijs; nullum in bonis devolutis jus habentibus; & quibus tantum consulitur, ne bona alienentur, eo modo, quo fidei commissa custodiri solent. Vt verò advocatorum, & Fori utamur moribus; quæcumque filia, etsi justâ ætate minor, potest bonis devolutis se abdicare; quando acquisitis non posset. Princeps ideo nostra non erat inter justâ ætate minores adscribenda, utpote quæ jam vigesimum annum expleverat; quia Hispanicâ lege puellæ communes ante vigesimum

mum majores censentur; & tutore remoto, feuda, & hereditates alienare possunt.

Ex consuetudine præterea, quæ inter Principes invaluit, utriusque sexus soboles, pubertate egressa jus regnandi sinè tutoribus adipiscitur. Colligas hinc, nec me dubitare facultatibus, quas illi adjudicas, Principem nostram legis communis vi (si inter acquisita bona fuissent connumerata) cedere potuisse: sed vel modica, vel nulla portio maternæ dotis ad illam, ut ostendi, neq; Belgii Provinciæ devoluta jura spectabant. Cessio igitur circa remotam, incertamque spem futuræ in hereditatem successionis vertebat: ad cujus regimen Dei providentiâ, frustra inhiante externorum aviditate, suorummet Principum soboles in longum producetur.



CAP.

CAP. VI.

An in Cessione Principis minor ætas, mina, timor, reverentia, seu vis aliqua invaliditatem intulerint.

OB minoris ætatis exceptionem non potuisse Principem, lege repugnante, tot Regna, & Principatus abdicare: eoq; minus, quò sub regij Patris tutela erat, cui formidando imperio cum obsistere nequiret, involuntarium consensum præbuisse. Immaturam ætatem, imbecillitatem sexus, in majestatem paternam reverentiam, metum in libertatem ejus efficacissimum intulisse.

Non ausus judicium inferre blasphemiæ, imperet tibi Deus, olim Sathanæ dixit Michael. [a] At desine, heus tu, sacram Regum dignitatem profanis convicijs incessere. Non à me, sed à Reginâ tuâ responsum accipias; quæ cuique in mortuum, & Regem, & Patrem desævienti, contumax, & oli-

a Iud. Apost.

dum os obstruet. Gnara illa dicat an reuerentia, vis, minæ suam unquam libertatem arctaverint? Et quis talia de Philippo Rege credat, cujus mitissimam indolem & perduelles experti, obtrectatorem exsibillatum expungunt? Nunquam de Cessione dubitatum, quæ nuptiarum contractus conditio inseparabilis posthabita; nunquam dedisset, vel connubio, vel fœderi locum. a Fallitur verò quisquis hanc nimiæ Regis in secundi Tori Filios benevolentiæ, vel Reginæ Mariannæ matris imputat: necessitas quippe non absoluta, sed conditionalis Principem renunciare coegit, si Gallicas nuptias assequi volebat; & nolle quidem poterat. libera enim erat; sed cùm vellet, & cedere cogebatur; his nullo modo coeuntibus, nubere & retinere; ideoque nec Catholicus Filiam eximere poterat. Docebat sane boni publici necessitas, & paterni Regni salus, Gallicam legem (quæ Regno quæcumque Regi dentur adnectit) nullo modo, nisi Cessione leniente temperandam; cujus

a Absque conditione cessionis matrimonium nunquam ad statum in quo est pervenisset. *In contractu dotali Serenissi. Infantis.*

ope & patria servabatur. Hinc Philippus, priusquam aliquid ex toties rejectis propositionibus secerneret; optimâ fide rem filiæ aperuit; eique potestatem fecit; vel certas, & instantes nuptias, vel incertam, & remotam spem successionis eligendi; cum hanc retinere, & Gallico diademate cingi à legum diversitate prohiberetur. Veritatis hujusce testem heîc nullum, præter ipsam Reginam adhibeo, quæ quidem, si liceret, testaretur. Sed quâ necessitate (ut rationi consona exquiramus) adduci Catholicus poterat ad Filiam (cui jam instabat annus vigesimus, talisque in Regem Ludovicum animi propensio) auctoritate, vel minis cogendam; ut dubiæ spei relinqueret umbram, enixèque in regium Gallorum jubar admitti concupisceret; ubi una cum summo virtutis, & Fortunæ claritudine, multoque Numinis afflatu vigente Principe effulgeret? Quæcunque ergo retinacula, quibus impediri poterat, perosa; non modo nuptias libenti, sed læto animo elegit; nec fore qué-

quam arbitror, qui præsens, & ingens bonum absenti non anteferret, ac incerto; eo potissimum, quo intentius & Genius, & Fortuna vocarent.

Cæterum judicium sit viri sapientis, an matura consilij Princeps cognosceret, se ab Iustitiâ ad tuenda Regna, regiamque stirpem protegendam impelli; ne jura publica secum defferret in Galliam: sed in jurium suorum cessione cuncta siderent: patriam, populos, Genus; summa amoris, & charitatis pignora, servatura. Non erat illi in occulto Hispanas Principes non sine cessione Gallicis nubere; ac se, rem ipsam, non simulacra complecti; quicquid respueret, Patris, adfiniũ Patriæ(quorum quid charius) in incrementum cessuram. In contractu propterea nuptiarum aperte dicit.

Ideo certâ mei scientiâ, pro libito, & spontanea voluntate approbo, & volo, etc.

Vbi jus, ubi rigor, & minæ? Tuũ erat male inducta comprobare, quamvis nulla prorsum adsit suspicio, parentum adspectus vllam in fi-

lias

lias contrahentes formidinem incutere: a immo, & lex vetet *timorem à Patre illatum nũquam obtendi posse:* Eandem verò accusatorem ad crimen exactè, atque evidenter probandum, cogere, sapienter docent Romanæ decisiones. b Vbi quæso latent illæ in arbitrium Principis execrabiles violentiæ? Quotam terrarum partem ejurasset, ut gloriam clarissimi Connubii, protectæ Patriæ, & Generis assequeretur? Quid est quod aures nostras inanibus contundas argumentis, ut suadeas renuenti illam animo subscripsisse? An quia tanto Regi nubebat, verendum erat, ne exuta successionis spe, in minorem fortunam reciperetur? vel impar soboles, & privatæ sortis obnoxia inde nā-

a Proximorum, & parentum præsentia fraudis suspicionẽ tollit. *l. transact.* 35. *C. de trans. l.* 1. *Cod. de iis, quæ per metum.* Metum justum filiæ renunciãti non infert præsentia Patris, quia hic metus paternus vim nõ habet, & ideo nõ subjicit edicto. *in l.* 1. *C. quod met. caus.*

Metus justus intelligitur, qui periculum vitæ, aut corporis cruciatum continet. *l. interpositas. C. de transl. l.* 3. §. 1. *de eo quod met. caus.*

b Non solum non præsumitur metus à patre illatus; sed cum illi resistat præsumptio juris, adhoc probandum requiruntur clariores probationes, cùm qualitatibus, & circumstantiis. *Capula decis.* 223. *Cardin. Mantica decis.* 142. *Rota R. decis.* 643. *Car. Bossius de matrim. c.* 12.

nasceretur? An non satis innotuerat, quod si Principes Galliæ nulla Principatus jura domo suâ unquam abstrahere possent, nec ab Hispanicis diademata possunt Parisiensibus erogari, in servitij vincula reformanda? An Reginæ Annæ sic evanuerat recordatio (cujus insistebat vestigijs Principis nostræ Cessio) ut rei novitas loco ostenti esset; novisque artis, ac industriæ machinamentis ad tollendam sui formidinem indigeret, Principemque ad cedendum illiceret? En alterum ori tuo, ne similia deinceps effutias, ingero epistomium. Ipsa loquitur.

Iuro ego per Sancta Dei Evangelia in hoc Missali contenta, in quod dexteram infero, ad hunc actum Cessionis non sum inducta, & persuasa ab ullo respectu, seu veneratione, quam debeo Regi meo Domino, qui me habuit, & habet etiam sub sua potestate paterna; veluti M. sua semper se remisit meo libero arbitrio, & voluntati, quem habeo liberum, & solutum à quocumque respectu in omnibus ad hoc instrumentum spectantibus.

Et

Et intrà.

Ego habui totam, quæ desiderari potest, potestatem, ut dicerem, & voluntatem meam declararem; absque quod à persona Regis Domini mei, vel ab alia quacumque mihi illatus fuerit ullus timor, vel mina, ut adducerer.

Frustra ergo Regem Catholicum Tyranni, & crudelis compellatione insectaris. An quia Regna amplissima cum Filia non dividit? Cócedamus & hæc ad illa pertinuisse: non ideo crudelitatis crimen Patri adscribi poterat, qui in populorum salutem his filia exuisset: Populi enim sunt Regis primogeniti; & ubi de populi bono agitur, filiorum cessat respectus; veluti publico privatum bonum concedit. Crudelis tunc esset Princeps, cum filij gratiâ, populi, cujus est parens, bonum negligeret. De te interim, qui Regis optimi, & viri pietate insignis nõ recte opinaris, & quæ inducis non probas, quid credendum dicam. Nudũ, nec à decem palestritis despoliari, mendacem nec à toto eloquentiæ robore firmari posse.

Sed

Sed ut revertar ubi tu minaci verborum æstu arcem Cessionis circumstrepis; en adsum, nullis nugamentis, sed solidis rationibus propugnaturus. Et cum antea negare non potueris, filias justâ ætate minores posse aliquo modo bonis cedere, *lege Bonifacij* VIII. ab Europâ per quadringentos annos servatâ; nunc miror cur hoc sit in dubio revocandum; tot Tribunalium, Doctorum, consuetudinum postremò auctoritate probante. Modo Gallicam solum ad infringendam audaciam robustum è tuâ gente athletarum par, Lovetum scilicet, legum Curiarum Galliæ collectorem, & Brodæum, qui commentaria scripsit, immitto.

a Brodæus in notis ad Arrest. Lovet, littera R.

Res certa est, & à Parlamentis sub regula posita, quod in Cessionibus filiarum minorum ad successiones futuras directas, & collaterales in contractu matrimonij, clausulæ accessoriæ iisdem renunciationibus accipiunt, cohærentiæ caussa, eandem naturam, vim, subsistentiam, & auctoritatem matrimonij; suntque validissimæ; tam propter consuetudi-

nem

nem regionis, quam per legem scriptam: unde filiæ non poßunt resarciri quavis de caussa imminētis timoris, vel læsionis enormis.) Parum videtur? a Addo Galliæ inquilinum alium, Molinum, ipsum tibi prorsus adversantem.

a *Du Molin super Consuet. Blasen. art. 101.*

Cessiones filiarum minorum præcipuè fundantur in ratione politica in illa nempe, quod intereſt reipublicæ, & Regnorum familijs servandis, quorum bona potius servari, & distribui in masculis debent; qui splendorem præferunt, & dignitatem domus, unde nomen recipiunt, & insignia; quam in feminis, quæ bona in alienas familias inferunt; & cum patres dotem aſsignaverint filiabus, quæ cesserunt, omne quod convenit adimplerunt pietati, Charitati, sanguini, Naturæ, & paternis affectibus. nec secus filiæ, quæ cesserunt, nullum amplius petere poſſunt supplementum legitimæ; quia dos legitimæ locum tenet.

Heîc adnota, nullam à Gallis, & à Belgis in filiarum ætate minorum Ceſſionibus juramenti mentionem fieri solitam: suadet enim ratio, &

sus (ipso Molino asserente) filiam ad contrahendum matrimonium aptam decentes etiam, moratosque contractus stipulari posse, sine quibus nuptiæ fieri nequeunt. Assertor verò non satis religiosè præceptum illud, *mendaces oportere esse memores*, custodit; cum enim concesserit dari Cessiones filiarum ætate minorum, easq; vi juramenti valere; concieritq; ut Hispaniæ opponat, Hispanos ipsos Covaruviam, & Montalvum; quibus annuentibus, ac juratas Cessiones defendentibus, videbatur, in Casu nostro, Cessionem Principis damnari; nunc sibi ipsi minimè constans, ad vetera recurrit effugia; omnesque filiarum ætate minorum Ce[illegible]nes evertit. Sicque antilogiæ nebulâ involutus, jus antiquum excitans; sæculi nostri libertatem, jura Tribunalium, Regum ac Pontificum auctoritatē adimere, atque obliterare contendit. Licitè igitur Princeps nostra renunciare poterat, multo etiam ætate minor: non Assertor tabulas rescindere potest, in quibus testatur ut *infra*.

Ego renuntio quibuscunque, ac præsertim Restitutioni in integrum, fundatæ super ignorantiam, vel inexperientiam. Subest, nuper te ex ore Covaruviæ audivisse.

Cessiones, & si quandoque per exceptionem minoris ætatis possint aboleri; cum tamen filiæ renunciant nominatim Indulto repetendi pensationem minoris ætatis causâ, & ad Tribunalium suffragia ipsius indulti vigore, cui speciatim renunciaverint, confugiant, nullo modo exaudiri debere. At Princeps nostra privilegio minoris ætatis renunciando, validissimæ Cessionis robur enervare non valet. Fixa ergo Cessio; & his potissimum argumentis immobilis.

Primò quia lex nova, quæ veteri derogat, decernit in prædicto Decretali, *Cap. Quamvis*, universo juvante scriptorum consensu, filiarum ætate minorum Cessiones juramenti pondere immobiliter firmari. Sanctio quidem utilis, rationi congrua, & à gentibus ubicunq; in usum adhibita. Sed Princeps Teresa conceptissimis verbis *super*

Chri-

Christi Domini Evangelia juravit se renunciasse. Cessio ergo absque sacramenti læsione violari non potest.

Secundo. Italiam Belgium, & Galliam ipsam consuetudo hæc, vel lege municipali, vel conventione pervasit, filias nempe ætate minores sine jurejurando, stantibus masculis, a paternis bonis arceri: vel inter ipsas nuptias, nullâ habitâ minoris ætatis ratione, bona ipsa ejurare solitas: cùm ad Cessionis contractum apta sit illa judicanda, quæ sit eadem Matrimonij capax.

Tertio. Quia leges promiscuè ab anno decimo octavo minorem ætatem exolvunt: & puellis, sine Tutore, bona sua alienare permittunt. a

Quarto. Quia Regis Christianissimi nomen adest in Instrumento, tamquam *principalis Intervenientis*, *ac partis*. Ideoque Rex comprobavit suo, & Principis nomine, ac validitatem Cessionis promisit.

Quinto. Quia in Connubj effectu, & Pacis promulgatione firmus, ratusque Cessionis actus dicitur à Rege Christianissimo, & Principe.

a *Lex* 2. *de ijs qui veniam ætatis impetrarunt. Iuxta* L. *Penult. ib.*

Sex-

Sexto. Quia solent Aulæ supremæ à lege minoris ætatis filios absolvere; filias itidem infra sedecimum annum.

Septimò. Quia mos Belgicus, Hispanusque magis filias cunctas ab eâdem liberat ante vigesimum: tribuitque liberam absque Curatore, & Regis veniâ, bona sua alienandi facultatem.

Octavo. Quia in instrumento patet, Principem olim ætatis minoris limites prætergressam: ideoque absque legum suffragio contractus illius capacem, prout ipsa testatur. *Cum jam Dei gratia sim ætate major, & supra annos viginti*. Si ergo fatetur jam vigesimum annum explesse, quomodo Scriptoris nostri carminibus repuerascit? undecimum vix annum attingebat Anna, Regina, cum Regi Ludovico XII. desponsa, nuptiarum & Cessionis contractum celebravit; in quintodecimo anno, toro admissa. Nec fuit quispiam qui Cessionem, ut invalidam increparet, vel minoris ætatis, vel cuiuslibet respectus causâ abolendam censeret. Nunc vero

Cen-

Cenſor adeſt, qui è carioſo Antiquitatis Archetypo Numæ, vel Solonis atroci ſtylo effoſſas ceras egerit; ſituque deterſo, & excuſſo pulvere, die tandem noſtrum haurire facit; ut ſpinoſæ ſuperſtitionis nodo florentis ævi libertatem illiget; fataque Regibus proferat verſibus.

Quos olim Fauni vateſque canebant.

CAP. VII.

An jura ad Principem ſpectantia, eidem ignota fuerint; & an illis renunciare potuerit.

CVm humanæ voluntatis conſenſus extrà intellectus ſphæram non feratur, in ignotis nil operari poſſe. Itaque cum Principem laterent hereditas, ac facultas, quas in Ceſſione congeſſit; actum irritum, ac iniquum exiſtimandum.

Levius argumentum Philetâ illo, qui ne a ventorum flamine raperetur, plumbeis baxeis pedes gravaverat. Heîc primò regias haſce differentias, tamquam forenſes

con-

controverſiolas pertractat Aſſertor; quaſi inter Sempronium, & Titum non inter maximos Reges res eſſet. Mirumque ſanè quantò verborum æſtu defatigatur, dum regiam majeſtatem in ſummis capeſſendis negotijs plebejo ritu dirigere ſtudet.

Quomodo verò (*προς χαρίτων* linguæ parcat) erat agendum, ut Principi noſtra bona cedenda prorſum innoteſcerent? An ſuum munus erat Ptolomæi chartis impalleſcere, ut veteris novique Orbis delineamenta calleret? an altitudinem Poli, meridianorum,ac parallellorum numerum digerere;urbes, oppida contemplari, ut regionum longitudinem, & latitudinem dimetiretur? Solis poſtremò ortum, occaſumque percurrere,ut Provincias, & Regna exactè pernoſceret Hiſpano nomini deſervientia? Poterat enim in vnumquodque ipſorum jura Principis extendi.Pro Adverſarii noſtri ſentētiâ igitur, bonorum(quorumcumque ad ipſam ſpectare poterant) Ceſſionis tempore ſub oculis ponenda fuerat tabula;ne ignotis, atque inauditis cederet;ſed

ſtylo inverſo, illarum, quas exciperet, nomina complanaret? Dies me deficiet, ſi longius hominem cavillantem ſequar. Bona repudiata non ſub Auſtrali zonâ, aut ſub ignoto ſidere, ſed in unicâ ſpe ſita erant, aliquando, ereptis maſculis, in paternas ditiones ſuccedendi. Hiſtoriam ecce pernoſcit. Quæ interim eſſent, quantique Regna paterna conſtarent, illam non fugiebat. Contra aſſerit? Princeps vero in contractu fatetur.

Cum, favente Deo, ætate prævaleam, & jam annos viginti expleverim, intra quos Dom. Deo noſtro viſum eſt intellectum, & prudentiam mihi elargiri, ut quinti, ac ſexti articuli ſubſtantiam, & effectum cognitione aſſequi valeam; certiorem, & admonitam planè me fateor, cum ſæpius de ipſis (bonis) inquiſiviſſem; ac interiora indagaſſem ſex menſium ſpatio, qui à conventione, & fœdere effluxere, &c. Paulo vero ante dixerat.

Cedo bonis quibuſcunque, juribus paternis, maternis, notis, ac ignotis, &c.

Clau-

Clausulæ istæ non sunt ab Assertoris oculis remotæ, licet alterum in illis tantum defigat; plumbeas glandes explodentis in morem; non ut spectet, sed ut prostret. Perperam verò renudatis dentibus infrendens, in hanc consuetudinem fertur, *Quæ* (ut ipse exclamat)*duorum verborum vi columnas effringere Iustitiæ meditatur; contractuum fulcimina tollere,*

& rerum laxare fidem.

Bona etenim, repudianda nominatim distingui oportet; non scientiam, non ipsorum cognitionem simulando; fasciculum quendam in his vocibus cogere; Omnia quæcumque nota, & ignota.

Vtinã quod garrit, sic ille pernosceret, ut quod tunc agebatur, Regibus, & Administris innotescebat. Hoc enim si Numinis beneficio cõtingeret, nil esset contra gerras istas elaborandum. Absurdum omninò videbatur vulgari methodo tam accuratè ditiones illas expendere, quæ poterant à Cessione complecti; & hoc in bonæ fidei contractu, regiis animis de totâ facultatis mo-

le agi consentientibus: quos civium formulæ subjacere, aut ommissiones, & exceptiones purgare summa dignitas, atque auctoritas vetant. Tibi adeo in re historicâ versato, regias filias cunctas in Cessionum, syngraphis vile repertorii nomen esse perosas, in mentem redeat: ubi ege eductis, quæ sunt ad manum, quinque Reginarum (quas Gallia optime novit) exemplis, Cessionis articulum ostendam non aliâ, quam eâdem hâc formâ exprimi. a

Cedo bonis omnibus, paternis, maternis, absque quod unquam in illa jus minimum intendere possim.

Mos hic igitur non est inter viros principes, ac plebejos damnādus, legibus apertissimè, & scriptorum sẽtentijs cõvenientibus, *in filiarū Cessione ineptum esse bona, quæ ceduntur recitare*; ea quippe verba, *cedo bonis paternis, atque maternis, præsentibus, & futuris*, materiam satis amplectuntur. Sic Guido b Papiensis,

a *Eruitur à Contractibus maritalibus Eleonoræ, & Annæ Austriacæ; Isabellæ, & Margaritæ Gallicæ, & Mariæ Mediceæ Galliarū Reginæ.*

b Valere Renūciationē, alioquin legitime factam, etiamsi expressè non fuerit explicata res filiæ. Quia verba formulæ Renunciationis *Renunciat bonis Paternis, Maternis, præsentibus, & Futuris.* satis manifestè rem explicant, & Filia præsumitur scire vires patrimonij patris, vt certa,

certior amplius reddi non debeat. *L. 1. in fine de Action. em C. ad Velleian L. 1. eleganter Depo. §. facit. l. fin. quare mal off Tut. C. in auth. ut liceat matri. & Avia. Guido Pap. quaſt 217. Gregor. Tholoſ. l. 41. c. 12.*

ſis, Galluſque Tholoſanus, non ſine legum, atque Interpretum auctoritate decernunt.

Poſtremo ſi jus aliquod, aut privilegium Principis adhuc maneret à legibus, ut aſſeveras, ad Ceſsionem fruſtrandam permiſsum; quia ſcilicet bonorum cõditionem ignoravit. Ecce quomodo in contractu privilegium iſtud reſpuerit.

Ego, inquit, renuncio quibuslibet præſidijs, atque privilegijs, & ſpeciatim Reſtitutioni in integrum: vel ignaviæ; vel negligentiæ, vel ætati minori inhærens.

Ac ne inter jura Principi cedenti ignota Belgium effingas, en alio in articulo quævis umbra ſuſpicionis adempta.

Dominam Infantem, ac ſucceſſores ejus numquam ullo caſu, vel tempore Belgicis Provincijs, Burgundiæ Comitatu, & Carloy, ijſq; annexis Dominijs poſſe potiri.

E 2 Sed

Sed quamvis Tabellionis incuriâ desideraretur nonnihil; adstantium nihilominus Regum majestas, summaque actoritas, a ut plerique Doctorum censent, & Aularum fert usus, ommissa quæcumque supplent. Hinc in nostro legitur.

a Princeps sua præsẽ tia supplet omnia solemnia juris. *L. omnium C. de Testam. l penult. de Don. inter Vir. & ux. C. l. sancimus, iuxta authen. sequ. Cod. de Donat.*

In conspectu Regis Domini nostri, qui hujusce actus continuationem supplevit, atque regiâ interpositâ auctoritate, supplet, jubens quãcumque ommissionem, & defectum esse suppletam, vel juris, vel facti, substantiæ, styli, vel moris qualitatis; quorum aliquid excursum sit in hoc actu, quo infans Teresa Serenissima a legitimis, ac futuris successionibus se abdicat. Et ideò absolutâ potestate, ut Rex, qui, si Deum excipias, nemini subijcitur, Cessionem confirmat, & probat; legi derogando, usui, & consuetudini cuicumque adversanti, ne sequeretur effectus, &c. b

Et poterit, pro adversarij nostri sensum protestationem efformasse, cum *in Contractu* dicatur *Cunctis legibus, moribus, atq; Constitutionibus, quæ impedire possent, & huic Actui adversari, vel omnino, vel ex parte Majestates Cath. atq; Christ. derogare debeat, ac derogatum esse intendere ab ipsis in præsens, ob approbatione quã facient huiusce contract.*

b Adnota; Regẽ etiã Christian. huic simi-

ſententiâ, pellitum juris peritorum agmen tam in arcto ſummum Regum judicium ponere; ut à comuni regulâ circumſcripti, caſus aliquot non excipiant, atque ſecernant, qui ſint popularium legis exſortes?

CAP. VIII.

An Princeps Tereſa ſponte ceſſerit.

QVod eodem tempore, eâdemq; ratione, quâ Ceſsionis validitas curabatur, violatum ſit fœdus, tanquam iniquè extortum, & à devincto Principis arbitrio ereptum.

Non bellè ſatis egiſset Aſsertor, niſi & hoc adderet, quo volumen ſuum offenſionum compendium,& offuciarum videretur elenchus. Heîc tempori licet, ac verborum jacturæ conſulere ſatius duxerim, ſextum caput citando, a quo liberam ſolutamque Principem Ceſsioni ſubſcripſiſse convincitur; utpote per hanc utiliora adepturam; attamen ut purgata ſentibus expeditior pateat via; manu admotâ, ſi qua in-

ſunt, radicitus evellam.

A legatis, inquit, ſtatutum fuit *quod ſi cedere Princeps atque firmare abnuiſſet, Ceſsio tamen, ac ſi ſancita eſſet, admitteretur.* Fidem veſtram Quirites. Heîc primo articuli vires, pauca ſubticendo, ſcriptor Gallicus obtundit; ſenſum exinde pervertit; non ſine fraudis notâ. Cum malignæ ſit artis, turpiter illud exponere, quod honeſtius velari poterat. Poſtremò, articulus expoſitus a Principatuum Ceſsione, quæ in artic. VI. ſtatuitur, omnino diſsidet. In eâ Princeps, & Rex Chriſtianiſs. tanquam primarii contrahentes apertè conſenſere. Sæpius demum ipſa teſtatur, ſe minis, formidine, vì, reverentiâ non coactam; ſed liberè, ſcienter, ſponte Ceſsionem approbaſſe. Verba controverſiæ hæc ſunt.

Majeſtas Chriſtianiſs. et Celſitudo ejus nunc obligentur, quod niſi prædictam Ceſsionem, & ratihabitionem perfecerint, atque probarint, nunc prò tunc habeantur prò confectis, atque expeditis, hujuſce contractus vi, &c.

Quid

Quid in hâc clausulâ nauseatur adversarius? Conventum erat jam de Cessione; atque in eâ, de Connubio. Renovanda igitur dumtaxat a Principe, & exin erat a Rege firmanda. Rex verò, qui legatorum ore tantum cesserat adhuc, Contractusque vi (cujus potissima pars erat, & a quò ad ratihabitionẽ explendam, ut Mazarini staret promissis, cogebatur) is erat, cui robur, & articuli executio necessario committebantur. Liqueat interim, ut in VI. capitulo innuimus, quod optatissimi Conjugii spe Galliæ sublatâ; tandem interposito Reginæ parentis consilio amplissimam Cessionem exhibentis, in negotiationem se trahi passa est Hispania; anchoræ huic sacræ inhærens. Hinc Legati mente Regum inspectâ, magnisque Cessionis effectibus diù perpensis (sine quâ numquam cum nuptiis Fœdus iniissent) permissâ sibi facultate non abusi; in id, quod proculdubio probatum fuerat, consensere; non ut catenas Christianiss. & Princ. injicerent, sed ut vinculum adderent

conjugio à Cefsione dumtaxat orto; eique insolubili nexu colligato, & cui tantam rerum molem incumbere manifestè apparebat. Cum igitur ab illis Cefsio fuerit obviis ulnis excepta; consequebatur necessario, ut pacta prò legis Naturæ dogmate immota, sancta, & inviolanda servarentur.

Concipere verò mente non possum, ab his Legatorum cautionibus Christianissimi, atque Principis animos ad aliud impelli potuisse, quā ad promissâ optimâ fide curandā; quâ formulâ & vsam Reginam matrem olim comperimus. [a] Vtrum autem ex liberâ voluntate Cessio dependeat, efficacia ipsa verborum in contractu aperiat; quæ & vel contemplanti Momo os occludere posset. En igitur jurata Principis verba.

Manifestum facio, & affirmo, me ad hujusce actus, firmitudinē neq; adactam, neque inductam fuisse à cultu, & reverentiâ quam profiteor Domino meo Regi, & principi potentissimo

[a] Casu quo Infās Anna antedicta, & Majestates non facerent dictā Cessionē, & ratihabitionē, hujusce contractus virtute ab ipsis tanquā facta, & sancita, & transacta habeatur. *In Contractu matrim. Reg. matr. Anna Austr.*

mo, patriq; me unicè diligenti; quem amo; & cujus auctoritatem paternã deveneror: quia, ut veritatem fatear, in his omnibus, de quibus heîc agitur, & peractum est ad Conjugij conventionem concludendam (Cessionem scilicet) & articulum subscribendum, quo me, ac successores meos excludo, quamcunque libertatem habui, quâ meam aperire voluntatem; neque ab illo ullus unquam mibi intentatus terror, nec injectæ ab alio minæ in actum meo arbitrio repugnantem compulere. Ideò ad majorem certitudinem dictorum, & fidem promissionum solemniter Sacra Dei Evangelia in Missæ Canone contenta dexteram immitto; & obtestor, me ritè observaturam, &c.

Nunc se Covarruviæ asseclam adjungat provocator Gallus, nugamenta illa remetiendo, Fœdera læsionis maculâ coinquinata; patris timore, ac reverentiâ cogente raptim consarcinata, non admitti. Vel certe ad Hispanicarum legum tabellas confugiat; quibus uxorum contractus sine viri consilio exacti, corruere, sanctum.

Cefsionis actum læſionis expertē fuiſse in III. cap. demōſtravimus; ſine vì, ac metu; in VI: ex liberâ penitus voluntate prodiiſse; in præſenti.

Eja igitur, Gallia, latus quamvis acinace præmunias, ſplendeantque ignitis armis tibi circum ephippia: fortunam licet comâ trahas; Iuſtitiâ tamen abſente, ipſiuſque Numinis tutelâ deſerta, incaſsum adſultas. Aſsertor nihilominus Tripodi inſidens, & quaſi pro oraculis venditans quotquot geniali impetu è labiis effluxere verba, glorioſè ſibi triumphum decernit.

CAPVT IX.

Epilogus Aphoriſmorum Adverſarij, quos aphoriſmi revelatæ veritatis refellunt.

Licet aureo Ceſſionis vitulo in tenuiſsimum pulverem redacto iterum coagmētari daretur, & Phœnicis in morem renaſci, nullū tamen præſidium à civili lege quâ Ceſsio prohibetur, impetraret. Non à Pontificum indultis, quia conditiones non explevit. Nō ab Hiſpanicis, a quibus reprobatur. Non à regiâ auctoritate, a quâ per vim obtinetur. Nō denique

Æqui-

Æquitatis, aut Naturæ imploraret auxiliū, à quibus prorsum damnatur. Filia minor lege Naturæ patrimonium; civili, facultates; devolutionis jure, fratris hereditatē; sanguinis, paterni sceptri successionē exposcit.

O verè ornatissimam verborum congeriem; tessellato opere variegatam, & floridam. Cave tamen, ne digitum admoveas: totus enim hic lapillorum splendicantium ordo, si tangas, delabetur.

Veteres novissima lex obliteravit; Cessionesque à Cæsareo jure vetitæ, Pontificio revaluerunt, & à quocumque vel usu, vel legum magistro, vel Tribunali, vel Gente, suffragātibus seculis, cōprobantur.

Dicimus præterea Principem cessisse jam annum vigesimum (minorem videlicet ætatem, secundum & Regum, & Regni leges) egressam; & quæ juris insuper communis privilegio, ubi ætas justa nō adfuisset, ad provectioris conditionem evehi poterat. Addimus & vi iuramenti, corporis habitu, & Intellectus, toto, & maioribus etiam curis, parem. Non metu, non violentiâ addu-

ctam; sui juris, arbitrij compotem, liberam, ac voluntariam cessisse. Dotem sibi legitimè constitutam, accepisse: facultates maternas, vel earum potius nomen, aliudq; nomē dignius, sed minus apparens paternę hereditatis repudiasse; sed incertis remotisque rationibus posthabitis; nulloq; provinciarū sibi devolutionis caussâ spectantium, exuto jure.

Originem caussam, & finem Cessionis extitisse Bonumpub. Regni decus, & populorum incolumitatem: utrâque Monarchiâ consentiente. Hinc dari Cessioni vires, ac robur inviolandum; quò & Connubium stare ostendimus. Solutionem Dotis non primam, non secundam Cessionis caussam; neque non in tempore solutam pecuniam pactis officere. Galliam, quod hæc rata non fecerit, culpandam; cumque destruere velit, enormiter delinquere. At non est cur deinceps sonoris facundiæ illecebris turbam Provocator excantet; & eloquii dulcedine, veluti quadam escâ delinitis sophismatum hamis, in arrectum, ac hiantem vulgum immit-

tat,

tat. Non fidem oculorum fallere; non soporifero cantu pervias populorũ aures permulcere poterit; simplex quippe, ac nudus VERITATIS clamor, excusso veterno, mentes ad officia revocavit.

Et quia in prothesi operis num. VII. asserit, *Catholicum Regem, ut validam Cessionem redderet, Testamento jussisse, Dotalem pecuniam, quamvis Gallia promissis minimè stetisset, ipsi tamen deberi*; a Regem dicimus & hoc modo contractum firmasse; & novissimâ conscientiâ declarasse, solutioni se non obligari, hanc verò esse quovis tempore opportunam. Testamenti particulam infero. At heîc obstrepit ille *neminem*, inquiens, *magis reprobasse, & invalidam Cessionem duxisse, quam ipse duxerit Philippus*. Ratio

a *Por otra clausula de la dicha Capitulaciō ofrecí a dicha Infanta mi Hyia* 500000. *escudos de oro dal Sol de dote; incluendose en ellos las legitimas paterna, y materna, y otros qualesquier derechos; y esto fue de bajo de pacto, y condicion de haver, de approbar, y ratificar juntamente con el Rey Christianiss. su marido; luego, que se celebraße su Casamiento, la dicha Renunciaation, con Iuramento, y con las clausulas necessarias, y que se passase por el Parla-*

mento de Paris, en la forma, y con las fuerzas acostũbradas, y se remitiese a mi ò mi successor; y asta ora no se hà complido por parte del Rey Christianiss. y de la Infanta mi Hiya con que yo hè estado, y estoy escuchado de pagar la dote, que ofrecì, mientras el Rey Christ. y mi Hiya no cumplieran con esta obligacion, &c.

tio? *Quia pecuniam non tradidit, & quia ratā nunquā fieri efflagitaverit.*

Regis ergo nostri officium erat pecuniam solvere, vestri sanctionem Pactorum negligere? Cessionem vult ergo Philippus in dotali Instrumento; jam que animam agēs Cessionem approbat; vultque rursum: & exinde non vult? Liberque Gallicus bellissimè hanc antithesim admittit. Velle, ac nolle? Vespertilionis fabulam in exemplū certè heîc trahit Assertor; qui, ut se à periculo redimeret, collectis alis, murem; expansis, avem referebat. vel Æsopi hominem imitatur, qui in fervens pulmentum, frigidum: in frigescentes digitos callidum spiritum efflabat. Et cui tristiori agelasto risum non excusserit? & cui non erunt postremò revomendæ mellitæ illæ verborum offæ, quibus im-

imprudentes infarcit? At heîc procacitatem genti insitam, tolerandam magis, ridendamque potius, quàm acerbius puniendam relinquo; utque turbine flante solemus, per molestum hunc pulverem conniventibus oculis excurram.

CAP. X.

An fundamenta, quæ in Principis exclusionem adducuntur valeant.

OPinatus adversarius Cessionis Colossum dejecisse, quatuor exclusionis fundamenta evertere studet; sic argumentis urgendo.

Matrimonium caussam non fuisse Pacis, sed effectum; & hunc fundamentum extitisse pub. utilitatis inviolabile; ab Hispaniâ verò temeratum, cùm dotem non solvit. Pacis Instrumentum, rem esse a tabulis nuptialibus discretam; quarum vix mentio. Contractus ergo nuptialis nullius fuit momenti, ut inde fœdus exurgeret.

Si vera narrat, nusquam pejor

Ve-

Veritas; mendacii enim arguit Duumviros, Principem, ac Reges ipsos. At aperte nimis loquitur Pactorum syngrapha, à Cardinali, & Haro concinnata: firmata exinde, atque evulgata solemniter; cujus hæc sunt verba.

Matrimonium caussa fuit Pacis; & ad hoc assequendum Cessio, & exclusio sunt adhibitæ.

Et reverâ ex diverso disserere non possumus, Regnorum hinc, & inde lege repugnante; ne videlicet Salica lex, vel Ius Castellæ Monarchicum everteretur; quod exitiale utrumque; & quod Cessione, ac exclusione servari posse videbatur. Liquet etiam Galliã absq; Connubio Pacẽ neglexisse: quod non ex Gallicâ gente homo negare posset; cùm nulli viventium, qui non solitudines incolat, veritas hæc apertissima non pateat. Non ergo Historicos adiero, non Legatos, ut in operis Isagoge dixi, testes acciero. Interroges tantum velim quoslibet Europæ Principes, eorumque Oratores, vel Administros tunc temporis Lutetiæ degentes; conscientiam proinde

inde Galliæ tuæ perquiras: Orbem postremò, quà humano genere percolitur, uno ore Veritatem hanc exertissimè pronunciabit. Galliam scilicet fœdus, quod Reginam non adduceret, rejecisse: simul ac Hispaniam; Cessione non præeunte, nuptias denegasse.

Duo quidem extant Instrumenta, alterum, in quo de fœdere, ab altero, in quo de nuptijs agitur, sejunctum, unicus tamen tractatus: fuitque primo de Connubio absolutus Chirographus: deinde velut in corpus ex duabus partibus constans ambo coivere. Et licet decere visum segregatim conscribere; nil attamen dubium, hoc evenisse ob articulorum congeriem, quibus nuptialis impleri oportebat: quod non usu venit in Francisci I. Caroli V. & Philippi II. Instrumentis; tota quippe negotiationis moles circa polum fœderis vertendo; compendiose, & nuptiarum, & Cessionis rem totam absolvere; vnâque dumtaxat exaratâ paginâ, in Pacis Instrumento inserere licuit. Hoc autem non casui nostro convenisse multis de

caussis

caussis apparet. Sed qualescumque sint; in Pacto uno firmando consensere: idcòque ambo coire Instruméta, unumque fieri placuit, XXXIII. articuli VI, cujus & verba adjungimus.

Licet Contractus partialis, & Contractus matrimonij sint de præsenti separati, habeant tamen eandem vim, atque vigorem, qualem hic Pacis habet: qui ad ea refertur, quæ in illo matrimonij continentur; qui fuit pars magis principalis, ac dignior. a

Quid quæso sonant verba ista; *Pars magis principalis, ac dignior,* nisi Pacis fundamentum, quo remoto, Pax ipsa non assurgeret? ut in ipso contractu legimus. In nuptiarum igitur instrumento (ejusdem sanè roboris, quo & alterum Pacis, ad

a Promiserunt, & concluserunt matrimoniũ Regis Cristianiss. cũ Serenis. Infante D. Maria Teresa Regis Cath. natu majori filia: & eodem die de dato præsentis inierunt, & subsignarunt specialem Tractatum, quo se refertur, comprehendentes conditiones mutuas dicti Connubii, & tempus circa, quod id celebretur; quia Tract. partialis, & Tractat. de matrimonio earũdem Virium, & vigoris, ac præsens Tract. Pacis sit, tamquã illius Pars præcipua, & dignissima; necnõ maximũ, & pretiosissimũ tutissimæ ejusdẽ perpetuitatis Pignus. *In Instr. Pacis. art. XXXIII*

ad quod omnino refertur) quæ ad rem pertinent adnotanda: nec fides ullo modo deneganda, quam idem sibi vindicat Pacis articulus. In Contractu Cesſionis, & Connubii hæc leguntur.

Ad hoc, ut mediante matrimonio isto sequantur effectus, quorũ fit mentio in eodem Pacto, quorũ (effectuũ) tanti interest ad Bonum publicum Christianitatis, lætitiam Regnorum, ac utilitatem; ideo approbo, &c.

Quinam effectus, de quibus mẽtio in Conjugii pacto? Animorum sincera reconciliatio, & firmitudo pacis. Bona sanè ad Reipub. populorumq; felicitatem apprime spectantia. Verum enimvero ad quid loquutionis vis, ac verborum sensus scrupulosâ nimium diligentia scrutandus? His certè, quæ infrà pono tolluntur æquivoca. Integer adest in contractu Cesſionis periodus.

Præter considerationem caussarum, de quibus superius mentionem fecimus, & illius (caussæ) *conservandi, & tutandi Pacem inter dua Regna; in præsenti statu concurrit,*

&

& consideratum est, tanquam caussa pub. magisque principalis, & major pro Cessione concordata in tractatu mei Connubij; Concordationem videlicet mei matrimonij fuisse notorium medium, & caussam magis principalem Pacis, post viginti, & quinque annos belli, inter duo Regna, Christianiss. & Cath. cui implicabantur vel fœderum jure, vel ratione dependentiæ majores potentatus Christianitatis, in bonum universale, & pub. supremam caussam Cath. Religionis. Quæ omnia cum multum jacturæ acceperint belli caussâ, neq; remedium appareat sine Pace concordatâ, vi, & caussâ hujus matrimonij, quod conclusum non foret, neque Rex dominus meus consensum præbuisset, absque renunciatione hâc concordatâ, & consideratâ in primo mei matrimonij articulo, necnon in xxxiii. Pacis, qui refertur ad Tractatum particularē, conclusum super conditionibus nuptiarum; quique ambo subscripti fuere eodem die; & declaratum in articulo xxxiii. Pacis, Contractum matrimonij, licet separatum, habere tamen easdem vires,

& vi-

& vigorem, quem habet Contractus Pacis; tanquam PARS magis PRINCIPALIS ipsius, &c.

In bonum ergo pub. ac populorum utilitatem, utriusque Regni, & Europæ totius quietem, supremum insuper Religionis incrementum producta Cessio; à quâ Conjugium, à quo Pax orta. Deductiones istę necessario à præmissis assertionibus, Contractus nimirum Pacis, & Exclusionis prodeunt; neque luce clariori verba illa indigent.

Bellū nullius remedij capax erat, sine Pace cōcordata, origine, & caussâ huiusce Matrimonij, quod numquam foret conclusum, neque Rex absque Cessione consensisset.

Illud præterea in eodem Cessionis instrumento exprimitur, quod mihi nuper dictum, *Caussas nempe Cessionis non alias extitisse, quàm Principatus securitatem, Populorū quietem, atq; Reipub bonum. Cum sit hoc utriusque Regni commune bonum, & publicum, jure optimo particulari meo bono præferri debet, atque illo filiorum meorum, ac descendentium.*

Con-

Concludamus itaque non nisi exoculatæ mentis hominem Veritatem non intueri in quâcumque sui parte perspicuam; & quam solus Provocator impugnat. Quod ille tamen concedit lubens accipio. *Inviolabilem*, scilicet, *fuisse Pacis causam*, cum hanc ipsam Conjugium, & Cessionem fuisse probaverim; quæ communi totius Europæ saluti consuluit. Heîc verò ille nimium de manu elabitur; atque de more inani strepitu resultans, obtendit, *Hispaniam, quæ pecuniam non rependerit (si Pax, & Cessio in unico Tractatu consistunt) Pacem violasse.*

Sed in ridiculum prorsus certamen provocat. Contractus ergo ipso jure gentium firmatus, à forensibus quisquiliis consternetur? Rerum sanè experientiâ se non satis imbutum ostendit, cui non caussæ innotescunt, quæ legitimè Pacem effringunt. Sed fac, non expleto repræsentationis pacto, Fœdus dirimi; frustra nobis culpam imponi rationibus, atq; argumentis in Cap. IV. demonstravimus; In Galliam si-

qui-

quidem retorqueri; quæ neglectâ firmandi conditione, dilationem solvendi nobis ingessit. Sed flamen hoc invalidum Cessionis robustissimum truncum, qui in profundum radices iecit, & legum, ac morum undique fulturis defenditur, non modo evellere, sed nec quatere potest. Vt ergo vna superest Gallis actio, & hæc in juribus dotalibus assequendis; sic procul dubio pecunia dotalis, cùm sit res domestica, & privata; neque Cessioni, neque Paci officere potest: ni forte decernet adversarius, ob minimi digiti labem totum frustulatim corpus conscindi, hominemque perdi reip. necessarium. Addo postremo, in suæ defuneratæ insidiosæ sphyngis epigraphen duas tantum antedicti Contractus lineas.

Concordatio mei matrimonij notoriè fuit mediatrix, et caussa magis Principalis PACIS.

Quis loquitur? Princeps quis articulum concepit, ac absolvit? Mazarinus, & Harus. Quis efformavit? Colomas, & Lionnæus. Quis probavit, ac jurejurando addito, subscripsit?

sit? Rex uterque, toto orbe terrarum teste. Quis adversatur? Gallicarum in Belgium intentionum Assertor.

CAP. XI.

An æqualitas unum sit è fundamentis Exclusionis Principis Teresæ.

ÆQualitas, à quâ Exclusio sustineri debet, cùm non consistat in exuendo Principe bonis quibuscumque, & spe quâlibet (quod pro summâ injuriâ haberetur) data esset; si, ut Christianiss. uxorem magni Imperij participem fecit; ita Hispania in partem, si minus Monarchiæ, saltem alicujus Principatus Christianiss. admitteret; filijque ad futuram successionem vocarentur.

Plausibile quidem dissertissimi viri sophisma, si perinde ac syrenum blandimenta ad necem soporatos non perduceret. An ne in Hispanici Regni partem vocare Gallos id prorsum esset, quod Fortunæ inconstantiam lacessere, summâ-

que

que rerum in noviſſimum diſcrimen adductâ, extremam aleam jacere? Salicæ legis vis (quam per quæcumque Rex adipiſcatur extendit *politicorum* hominum ambitio, & in nomen, ac proprietatem Regni convertit) ſine Ceſsionis obſtaculo perfurens, ad Monarchiæ molem proſternendam incurriſſet; eamq; in modicas partes reſectam, Gallico nomini adieciſſet. Hæc eſset Æqualitas in contractu nuptiarum ſervata. Hinc ediſcat aſsertor, eâdem æqualitate, quâ Gallia ab omni jure, & parte Regnorum duas Iſabellas excluſit duobus Philippis II. & IV. nuptas; ſic & Hiſpania Annam, ac Tereſam duobus Ludovicis XIII. & XIV. nuptas, excludere.

Æqualitas in leges, quibus Regna innituntur ſervando, Ceſsione (vt novo verbo utar) mediante, conſiſtit. Veluti enim leges, quæ Regna ſuſtinent, unicè bonum publicum proſpectant (quod in ſervandâ Monarchiæ gloriâ, dignitate, atque felicitate poſitum eſt) ſic Gallia, non ſecus ac Hiſpania hiſce legibus, atque ſtudio ſemet ſervandi, interi-

tumq; cui Natura repugnat, evitandi succumbunt. Nec Principes quovis modo legibus istis derogare valent; cum sint ipso Gentium, & humano jure inviolandæ. Hæc enim duo nullo pacto convenire possunt, Bonum velle, quod in esse consistit; & Bonum destruere, atque ad non esse redigere.

Cum Hispania vì legis, ac Naturæ instinctu seipsam servare cogatur, & quodcumque corruendi arcere periculum; nullâ ratione in Principis Teresæ exequendo Connubio (quæ ad solium masculis vacuum revocabatur) ferre calculum poterat. Cristianissimus quippe legis Salicæ vi Regni sui Tutelaris, non modo Imperium servare studet, sed quaslibet in ditionem receperit, easdem reformare Provincias; ubi prioris fortunæ specie ademptâ, in eam servilis patientiæ sortem adigat, quâ cæteræ sibi Regiones obsequuntur. Quòd si Legem Salicam delere voluisset, nec in Gallicum nomẽ jura, & bona, quæ Reginæ adhæsissent, recipere; adversata proculdubio fuisset Gallia, ut legem

gem, quâ ſuſtinetur, ſuſtineret. Vicem rependit Hiſpania; quæ nec filiam eâ libertate nubere voluit, quæ ſibi perniciem minari videbatur. Cum ergo de Bono pub. ageretur, ſi pax longa, benevolentiâ conciliante, fieret; utriuſque Gentis juri, Ceſsionis temperamento, proviſum: unde & Equalitas aſsurgit illa, a quâ, ſubdolâ diſsimulatione, viſum Aſsertor abducit.

C A P. XII.

An excluſio, Regnorum reconciliatorum uſui proſit: & an duorum Diadematum in uno capite conjunctio damnum inferre poſsit.

Non videri cur prodeſſe poſsit hæc excluſio utrique Regno: eoque minus, quo ſine ipſorum detrimento reciproco, poſſunt duo Diademata conjungi. Ex tot Hiſpaniæ filiabus Annam ſolam, non aliquâ ſine cauſsâ, olim excluſam. Tereſam verò, non ſine injuriâ, & hac manifeſta.

Dj boni, quot in paucis verbis

fallaciæ! utilitas (ut olim emensa recurram) exilis hæc adversario videtur, Exclusionis adjumento Pax Orbi illatâ? faces Belli extinctæ? Quies data Gẽtibus; & regij conjugii vinculis, ut ominari decebat, obstricta? Nil populorum commercio, usuique Regionum felicius à Cœlo delabi poterat; evulsis, si qua fides, a stirpe seminibus, unde in posterum venenosa simultatum germina prodirent. Quod nisi Cessionis gratiâ impetratum: quæ diversa, & inter se repugnantia conciliãdo; Regna intra affinitatis, ac benevolentiæ limites coegit. Parvam, inquam, dicas utilitatem, quâ pacificè distincta serventur; & quâ humani commercij securæ vices redeant, laudabilisque gloriæ, atque Virtutis æmulatio, infra illos montium marisque terminos à Deo, & Naturâ locatos; quibus indolis iuxta, morumque diversitate disjunctissimi populi, separantur?

Posse verò Diademata conjungi absque Regnorum detrimento, ut inquis; speciosum sane argumentũ, & quod facile vulgi plausus captet:

cordato vero homini, & rerum experto risum excutiat: aloes quippe auro illitum oculos, non palatum fallit. Me non hallucinari testantur, quas superius adduxi plurifariam rationes validissimæ. Atqui si vera sectatur Gallus provocator; cur in lineæ suæ virilis defectu novissimis temporibus nunquam permisit Gallia jura sua à regiis puellis vel in Hispaniam, vel in Germaniam, vel in Angliam, vel quovis alio Regnorum asportari? Dicat, inhiberi siquidem à lege Sallicâ? Melius dicat ab Arte, legeque dominandi, a severissimo illo *Quod interest* eductà. At si utilitatis Galliæ interest cavere, ne suummet Diadema in exterorum Principum fronte enitescat, qui fortasse ingenitæ Regno parcerent dignitati; cur non & Hispaniæ interest cavere, ne suummet Imperium Gallico Diademati concedat; à quo dividi, deformari, atque in servitutem adigi posset? Clausulam heîc addiicio, ex contractu exclusionis erutam, art. vi. religiosâ, ut convenit, simplicique minervâ explicatam.

Majestates Cath. & Christianiss. assentiuntur in hoc matrimonio, ut Pacem perpetuam Christianitati reddant, amoremque fraternum, quod exoptatur, inter se: ob justas item causas consideratas; quæ cognoscere faciunt, & suadent antedicti matrimonij conveniencias. Quo mediante, & divinæ gratiæ favore sperare potuerunt felices eventus in magnum bonum, & incrementum Fidei, commune utriusque Regni, & populorum beneficium, respectu pub. utilitatis, Dominationis, & Regnorum conservationis; ut, cum sint adeo magna, non conjungantur. Occasiones ideo prævenendo, propter quas aliquando conjungi possent, & respectu æqualitatis, aliarumque justarum rationum, decrevere vi Concordationis, & Conventionis Majestates eædem, hoc, quod volunt habere facultatem, & vigorem legis sancitæ in Regnorum favorem, pub. ipsorum utilitatem: Serenissimam Infantem, ejusque filios nunquam succedere posse in Regnis Hispaniæ.

Duo Reges exclusionem volunt, decernuntque uno ore, & corde.

Caussas

Caussas addijciunt; probant: rationibus muniunt, quibus refragari non licet, & contra quas arietare, idem certe est, quod vitreum caput in Parium marmor impingere. Proinde audaciam hominis miror, quâ tradendo seculorum monumenta, patientiam nostram defatigat; dum Historias de industriâ transmittit; quasi nulla de Cessionibus, atque Exclusionibus in Principum Conjugijs verba faciant. Quod adeo compositâ securitate defendit, ut Eleonoræ Austriacæ inducto Connubio, jam præsumptæ victoriæ sibi cãtillet epinicion. Verum & heîc admoneor, homines, qui suomet fronti jubẽt, facillimè alienam sperare credulitatem. Spe tamen intercidit: in instrumento quippè Conjugii, & Pacis, celebrato à Carolo V. & Francisco I. Madriti, quæ sequuntur legimus.

Habebit dicta Domina Eleonora desponsa uxor Domini Regis Francisci pro dote summam ducentorum millia aureorum à Sole: & prò omnibus juribus paternis, & avitis. Cujus medietas solvetur a D. Carolo

V. Imperatore infra sex proximorum mensium spatium: & altera pars in sequentibus. Et non poterit dicta D. Eleonora prætendere, nec petere quodcumque aliud ex bonis hereditatis, & successionis felicissimi Maximiliani avi sui, D. Philippi Regis Castellæ patris, neque potentissimæ D. Ioannæ matris. Unde ex parte dictæ D. Reginæ Eleonoræ statim fuit renunciatum; sicut post consumationem matrimonij supradicti, faciet bonam, validam, ac sufficientem quietationem, in utilitatem supradicti Dom. Imperatoris, suorumque heredum. Cujus rei dabitur ei auctoritas à supradicto D. Christianissimo.

Hæc igitur illa Eleonora Philippi Regis natu major filia, illiusque Ioannæ; quæ unica proles, ac hæres Isabellæ Castellæ Reginæ hereditariæ, atque Ferdinandi V. Cath. Hispaniarum provincijs dotata; ducenta solum nummum millia recepit: qui nec soluti fuere; ut in Pacis instrumento legitur, Cameraci celebrato, anno 1527. cap. 9.

Et quia terminus solutionis ducentorum

torum millia nummum pro dote dictæ Eleonoræ, quæ continetur in Tractâtu Madriti, jam expiravit; novissimè conventum est, eandem summam solvendam fore infra decem, & octo mensium terminum, & ratis tribus.

Ac re verâ Cessionis, atque Exclusionis vi, nullam ex tot maternis, ac avitis bonis Galliæ provinciis adjecit; nec ideo magnus ille, ac ferox maritus indoluit; vel reclamavit; vel læsionis causâ (licet enormis videretur) aliquam in illa actionem intendit: vel Cessionem abolendam efflagitavit. Spiritus ille præstans, & elatus (ut qui aliquando & ardore nimio deliquerit, barbarosque ad quingenta millia fidelium capita in miserandam predam agere toleraverit (indignum sibi duxit à conventis dissentire, pacta rescindere, ac violare juramenta. Nec defuissent prætextus, minusq; turpes istis, quos Aretalogus noster ingerit. Sed an Hispani tantum filias abdicant? In Instrumento Pacis, celebrato Cameraci anno 1559. Conjugium initum fuit inter Isa-

bellam Henrici II. Gallorum Regis filiam, & Philippum II. Hispaniarum Regem, hac plane formâ.

Habebit dicta D. Isabella Christianissima in dotem 400000. scuta aurea à Sole pro omnibus juribus paternis, & maternis; solvenda infra decem & octo mensium terminum in urbe Antuerpiæ, nec poterit dicta D. Isabella prætendere, queri, vel petere quidpiam ex bonis ipsius Patris, vel Reginæ matris; quibus nunc expresse renunciat: & post consummationem matrimonij faciet bonam, ac validam quietationem, in utilitatem Regis Christianissimi, atque descendentium. Quod expressè approbabitur à Rege Philippo Catholico marito suo.

In articulo subinde trigesimo quarto, ubi de nuptiis inter Margaritam ejusdem Christianissimi filiã, & Emanuelem Philibertum Allobrogum Ducem agitur.

Dominæ Margaritæ Berryensi (dicitur) *tercentos mille nummos dari; suæque vitæ cursu Berryensi dominio frui posse: à qua ob talis dotis summam, bonis, juribus, Paternis, & ma-*

maternis, & quibuscumque ceditur.

Gallicas ergo cautiones Salica lex non favet. Sed progrediamur. Maritale instrumentum, inter Mariam Medicæam, & Henricum IV. anno 1600. Florentiæ signatum, ita sonat.

Dominus Magnus Dux promisit, atq; promittet sexcentos mille nummos; quorum mediam partem jam numeravit; & post matrimonij consumptionem Lugduni partem alteram numerari jussit. In præsens Serenissima Princeps Maria sub bona fide ob prædictam dotem, sibi liberaliter satisfactum dicit, prò omni eo, quod ad se spectare posset ex parte successionis Paternæ, aut maternæ; & ex libera animi voluntate cessit, ceditque ad utilitatem D. Magni Ducis, suorumque descendentium.

Quàm verò altius te pungit Reginæ matris Cessio, nullo pacto vel dissimulanda, vel cõfutanda! Hanc palatus non pati, non reijcere valet: haurire cogitur amarum licet pharmacum; auro tamen delinitum, & ob id stomacho tolerabile; quia fratrum, ac nepotum numerum respiciens Anna; non se. vel hereditate

jam adeptâ, vel ſpe ſucceſſionis certâ, cum renunciarit, exuit. Hoc vero (dicis) Reginæ matris exemplum orbi unicum, abſit, quod in conſuetudinum abeat.

Si nullum excuſationis nomen inesſet, nunc foret excogitandum, ut nimio ſcriptoris Gallici ſtudio venia daretur, quò res ſuas extollit; noſtras opprimit: eo verò tenus tolerandus eſſet, quò ſeipſum tuendo, ab alienâ ſe temperaret injuriâ; nec rerum ignorantiam inſidiosâ diſſimulatione prætendens; in turpiſſimæ verſutiæ ſuſpicionem delaberetur. *Unum ſeculorum memoriæ exemplum*! Viciſti: fateor; Nugas ego, tu Delphica promis Oracula. *Neque unicum factum in exemplum, neque unicum exemplum in conſuetudinem tranſire licet*. Bene eſt. At quot nam Ceſſiones regalium puellarum in Gallicâ quotidie viſuntur Aula? Animo repetas velim tres Aurelianenſes in Allobrogicâ, Hetruscâ, atq; Guiſiâ Domo locatas; tũq; & invitus fatearis oporret, eaſdẽ moderatà dote contentas, in dotalibus tabulis ampliſſimis Ceſ

ſio-

ſionibus ſubſcripſiſſe: fuiſſe quinetiam, & ab illarum ultimâ paternis, materniſque bonis, imò, & legitimæ abdicatum; ſed ne turbido, parvoque aquarum latice immergar, altiora petamus. Recentia duo Mariæ Medices, & Henrici IV., Reginæ matris, & Ludovici XIII., exempla, quæ ſexaginta annorum ſpatia complectuntur, etſi nulla adeſſent alia locum, & robur ſatis darent Conſuetudini, ad quam firmandam triginta duntaxat forum aſsignat annos.

Quod vero acri, quâ polles verborum affluentiâ, inter Annam, atque Tereſam deneges paritatem ineſſe, cogor hic ambas παράλληλας ut ajunt conferre.

Anna Hiſpaniarum Regis natu maior; Tereſa quoque. Anna viventem adhuc patrem, fratreſque teneros habuit; Tereſa itidem. Anna matre orbata; qua etiam Tereſa. Illa ſororem unicam habuit; hæc habet. Anna quintodecimum prope ætatis annum Gallico Regi: hæc vigeſimum egreſſa, Gallico regi nupſit, a Annæ, natis ereptis, in Hiſpanicam

a Nobis quidem damnum hæc annorū diverſitas non infert, cū ſit à majori ad minorem natu.

nicam successionem regressus permittitur. Teresa vidua, & atecnos revocatur. Annæ quingentorum mille nummum dotem constituunt; hoc, & Teresæ promissum. Anna Cessionis vi, se bonis omnibus, & principatibus exuit; Teresa bonis omnibus cedens, cunctis se Principatibus abdicat.

Nullum inter illas prorsum, nisi minimum hoc discrimen agnoscas: Annæ Cessionem, tanquam rectam, justamque admitti; Teresæ, ut invalidam, & iniquam proscribi. Bene est. Sic placitum. Ubi strepunt arma, jura silent.

Discrepantias verò, quas effingit Assertor, nullas esse, nisi coeuntium nubium imagines, quarum contextus, his fugientibus, in alias abit, si numina volent, demonstrabimus. In Teresæ contractu unicæ conditionis executionem suspendi Hispania; cum Gallia conditioni alteri moras injecerat. Accidēs verò, quo contractus essentia non aboletur, similitudinis paritatem non destruit. Annam adeptis bonis expertem, Teresam multis ditatam asserit. Fortasse,

taſſe, & ad negandum impellam: non ſecus ac è converſo, credendum, Annæ ſpem non viguiſſe minorem ſuccedendi, quàm & animo Tereſa ipſa conceperit: fratres enim utrique, ac parentes aderant. Celsionibus ideo, cæteràque ſortis viciſſitudine Principes iſtæ tam pari filo conveniunt, ut Ledæos natos, ipſi matri in diſcretos æquare dicas. Cęterum de his plura in ſecundæ Partis nono capite.

Si tamen Regna in Auſtriacam Domum ab uxoribus invecta invidis oculis intuetur; ſciat omnino nunquam fuiſſe ab ingenitâ ſibi Religione Regnorum leges temeratas: nunquam Regna ipſa infimæ Provinciarum ſorti damnata. Secus Gallia, quæ Narbonenſium, Vaſconum, Aquitanorum, ac Britanorum principatus ſibi feminarum titulo addictos, in ſervilem fortunam, Salico numine, vel potius nomine jubente, dejecit.

Addas, & Mariam Burgundiæ, Ioannam Caſtellæ Principes, à quibus ditiones, ac Regna traducta in domum Auſtriacam ſex jam Cæla-

ribus

ribus maximam; eo, quò Teresa Princeps modo non cessisse: nulli quippe aderant parentes, fratres, affines; neque Maximiliano, ac Philippo nubentes, suorummet principatuum pertimescebant exitium: quod apprimè timendum; si Teresa, Cessione posthabitâ, in Galliam proficisceretur. Illis extremis è stirpe propaginibus patriæ domus, paterni Regni, & ditionum hereditas debebatur; quæ quasi non mutato regimine, suarum legum ingenio utuntur adhuc; & Austriacâ moderatione felices, magis sub Principe, quam sine libertate vivunt.

CAP. XIII.

An Principis Teresæ Cessio aboleri possit ob errorem, aliquem in formâ contractus commissum.

REputanti mihi Auctoris verba non à Logico, sed à Rhetore normam accipere, rationumque pondere ingestum decus ab illo sensim augeri; Levitas occurrit, omnino caussæ nostræ gravitati dissona.

Tra-

Trahere me à regiis penetralibus ad fori jurgia, & censuram tabellionum curat, ubi dicit.

Cùm à Regibus in procurationis mandato expressum non fuerit, quod cum ipso Connubio de Cessione etiam ageretur: & cum non extendatur Clausula universalis auctoritatis ad particularem alienationem permittendam; tale instrumentum, tamque necessariâ formalitate defectum, & peccantem, invalidum, ac iniquum censeri.

Antequam matrimonium firmetur, Cessio ab Regum majestate requiritur; qui potestatem de more Duumviris impartiuntur. Ab his contractus absolvitur: ab illis, ut regiis mentibus consonus, approbatur. Sed hîc Censor noster fimbrias laxat, magistralique supercilio frontem adseverans, Regiam Dignitatem quasi fallaciarum incusat. Quã tâ Dj boni, fretus audaciâ os in Cœlum ponit, actaque Regum damnat; ut quæ *mandato irregulari* subnixa, ab ipso fulturæ vitio enormitatem, ac imbecillitatem contraxerint. Tabellioni potius ergo, quam summo

Prin-

Principi fidendum? quid si generatim cuncta mandatum ipsum amplectitur? Non sufficit, inquis. Specifica deest auctoritas. *Clausulæ universales, ex sapientum consilio, ultra illa verba non extenduntur, quę frequentius contractibus insunt: aut naturaliter materiæ, quæ concluditur annectuntur.*

Ex eodem flore mel apes, venenum angues exsugere dicunt. Virus ille, nos pharmacum ex his eruimus. Non vero cibi, sed oris ingenio hoc evenit. Principum Connubia non sine Cessionibus iniri abundè superiùs probatum reor; undecimo vero capite, & alibi patere, Principem nostram nunquam Regium Galliæ thalamum ingredi potuisse, ni Celsio, veluti pronuba quædam, insertis manibus aduxisset. Convenire in hoc ergo necesse est; nec illum invitum, si sibi constat, trahere cogar; Res nimirum Celsioni consentaneas, tanquam contractibus hujuscemodi solitis, & in illos suâpte naturâ confluentes, in clausulâ generalis mandati fuisse necessario contentas.

Præ.

Præcipuum contractus a fundamentum in contrahentium consensu locatur. Hoc firmissimè nostrum fulcire quis dubitat? ubi verò fateris, Regem tuum probasse, subscripsisse, ac jurejurando Cessionis, & exclusionis contractum firmasse; ibi *ex ore tuo te judico*.

a In contractibus primo respicienda formali Caussa circa Cōsensum. Naiu si consēsus absit, nec cōtractus ullo modo valebit quia fundamētum nō habet. *l.1. de Pact. P. C. cum Paulus. Thol. l. 50. C. 5.*

Egeras, rogo, Sylerienfis mandatum, quò innixus Administer ille Henrici IV. nuptias, & Mariæ Medices Cessionem firmavit, ùt in eo expressam cessionis mentionem intuear. Contra nos potestatem proferre possumus a Ludovico XIII, & Reginâ Mariâ Tutrice Vmenæ Duci, Vicecomiti Pisivienfi, & Dynastæ Vaucelasfenfi Galliæ delegatis, factam, ut Madriti Annæ Principis Nuptias exequerentur: in Regis quippe, vel in Reginæ mandato, hoc sub die 19., illo 17. Iunij absoluto, nullum Cesfionis, aut exclusionis vestigium comperies. Nostrum tamen ad Annæ mandati exemplar omnino redigitur; ac eodem robore à Regum auctoritate muuitur. b

b In hoc Cōtractu me cōformo, & omnino sequor illū quem formavit Altissima Princeps Anna Infans Hispaniæ, nunc Regina Christianissima. *Sic in Instrum. Exclusionis.*

In

In contractibus ergo bonæ fidei, consensus Principum omnia complet; concludantur licet ab ijs, quibus minor, & angustior data facultas: à legum quippe latoribus mandatorum universalibus clausulis derogatur; ne delegati mandantium arbitrio abusi, ignota, & præceptis aliena sanciant. At in casu nostro evanescunt umbræ istæ; cum & sine mandatis contractus à Regum consensu libero, summum fuisset validitatis robur adeptus. Hoc enim ex Principum consuetudine viget, bonæ fidei scilicet Contractus perpetuò stare; dummodò intentati metus suspicio non constet; legum apicibus, & superstitione Fori posthabitâ; ut doctissimè Grotius. a

Quamvis autem Tabellionum cavillamentis in Aulas Regum pateret aditus; stipem illis incalsum porrigeres, lege in contrarium loquente; b Quod licet universali man

a Qui metum non intendit, promissio validè fiet nec scrutabimus quid, aut quantum ejus intersit; quæ juris Romani, sunt subtilitates. *Grot. 2. de Iure belli l. 3. C. 19.*

b Procurator cum generali mãdato res mobiles, vel immobiles transigere non potest, ex vi mandati generalis, nisi approbãte Domino l. *mandat. gener. 60. de Procur. P. L. transact. C. de Transact. Thol. l. 27. cap. 5.*

mandato nó liceat de mandatis bonis diſponere,hoc tantum intelligatur, cum Mandans Delegati contractum non probaverit.

Aſt nauci auctoritates iſtas pendit? Eſto. Devincetur nihilominus. Philippus Rex Fonterabiæ ſolemni contractui adſtans, legales ommiſſiones præſentiæ ſuæ vi, majeſtate, legeque pragmaticâ, tunc à ſummâ potentiâ prodeunte, implevit.

Majeſtas eius Cath. regiâ ſuâ auctoritate ſupplet quemcunque defectum, ommiſſionem juris, vel facti; ſubſtantiæ, vel qualitatis ſtyli, vel moris; quæ in huiuſce contractus, ac Ceſſionis formâ inciderit; eundem confirmans, & approbans pleniori ſuâ, & abſolutâ poteſtate; uti Rex qui ſuperiorem ſibi non agnoſcit: hâc vice abrogando cuicunque legi, decreto, conſuetudini, aut mori, qui obſtare poſſet; vel effectum impedire. Rex itidem Ludovicus in excluſionis tractatu eodem planè modo loquitur. Hæc verò tu adſtruis.

Delictum novum graviſſimumque in contractus formâ eſſe, principem

Te-

Teresam sine Viri interventu, & consilio renunciaße; cui post Connubium exactum subjacebat. Actio à lege qualibet damnata;& præsertim ab Hispanis. Quare consensus & sacramentum Gallici Regis, illicitum, injustum, & labentem contractum sustinere nequit.

Ergo Christianiss. deest auctoritas firmandi contractus,cui in Regnorum eversionem ad educendas copias facultas abundat? Hoc Assertori præstandum supererat, ut Veritate proculcatâ, etiam juramẽtorum vim effringeret. Non tamen miror,ubi hæc Tullii verba perpendo. a *Qui semel à veritate deflexit, hic non majore religione ad perjurium, quam ad mendacium adduci consuevit.*

a Cic. 3. de Off.

Quid verò juuat aphorismos qui non probentur inducere? In terminis non sunt æquivoca adhibenda. Auctores quoslibet euolvas, non ideo à legibus vel Hispanorum, vel aliarum gentium regales eximi filias à paternâ potestate perdisces, statim ac futura sponsalia signata fuerint; adeò ut ipsarum sint contra-

ctus

ctus invalidi, cum non consenserit maritus. Ac licet Broerius Consuetudine Gallicâ despōsas puellas à parentis ad viri arbitriū traduci dicat; In Hispaniâ tamē Ioānes Lupus (qui in condēdâ Taurinâ lege magnam, & consilij, & operæ partem contulisse ferunt) post executionem matrimonii tantum affirmat, inconsulto marito, uxoribus vetari contractus. Et Covaruvias a hanc legis veram esse mentem profitetur.

a Lege regia Tauri cautum fuit, uxorē absq; mariti licētia cōtrahere nō posse. Hoc in regno Franciæ usui

Esto tamen, ut desponsis filiabus firmandorum contractuum dene getur, inscio viro, facultas; Gallicum Regem ignorasse b non dicat, & conticuisse; neque uxoris Cessionem reprobasse. Et

receptum; quod nos lege sancitum habemus. Idque habere locum in sponsam de præsenti nondum cognitā vult, *Cic. Boerius in Consuetud. Bituricensi.* *Ioannes Lupus*, qui in condenda dicta Lege Taurina consilium præstitit, vir magnæ authoritatis, contrarium tenet. *Repet. rubr. de don. inter vir. & uxor.* §. 5 2.

Leges Regiæ locum habent in uxore, nuptijs jam celebratis, vel in sponsis, matrimonio tamen consumato, nō autē in sponsis de præsenti nondum cognitis, nec ad domū traductis. *Covar. de matr. p.* 2. *c.* 7. §. 1

b Cum lege Tauri prohibeatur uxor sine viri sui licentia contrahere; si ipsa, se ignaro, contraxisset, etiā

poſt longum tempus, mariti licentia non præſumeretur. Cæterum ſciente, vel patiente marito licentia præſumeretur: vel taciturnitas prò licentia haberetur, *ff. l. Filius fam ff. l. qui in aliena, Ferdinand. Vaſqu, l.* 1, *c.* 64.

Et hoc ad contractus firmitudinem, ſecundum Hiſpanicas leges, tantum ſufficeret; de quibus perinde ac Indicis notitiam Cenſorem habere ſuſpicor. Vaſquius utique Senator illi conſulendus, Philippi II. legum ſanctor, atque Adminiſter; ut certiora pernoſcat. b

Sed cur falſis, aut futilibus inhæremus? Eo tempore, quo contractum Princeps firmavit, Patris Dominio parebat; cum in multis nuptialis chirographi locis ita legatur.

Majeſtas eius Cath. me ſub paternâ ſuâ poteſtate tenet.

Ceſsionis proinde ſolēnitas nuptiarum ſolemnia antevenit: Rexque Chriſtianiſsimus tanquam *principalis actor* in v. & vi. articulo ſe ſubſignaturum, atque firmaturum contractum ſpondet, adverſantibus, quibuſcumque rejectis, quæ moras tantæ expectationi inferent. Si tunc

tunc temporis igitur Princeps Regis futuri mariti imperio subjecta fuisset; affirmari non potest, eandem, ipsomet Rege renuente, cessisse. Insuper Cessionis instrumentum exactum, ut fateris, mense Novembris anno 1659. confirmavit, atque subscripsit; quibus actis in Cessionem, & ratihabitionem solemniter ab uxore Fonterabiæ (sicut evenit) celebratas anno 1660. patre coram & Regni proceribus, omnino consensit. Hæc omnia ad fœderis actũ transferenda, cum eodem vulganda, & universali consensu, ipsoque connubii effectu approbanda, a sancitum.

a Sua Celsitudo actũ faciet approbationis, & cõfirmationis ejusdẽ Cessionis, atque Exclusionis

Assertoris ergo pervicaciæ Christianissimus imputet si quâ magnum sui nomen impari famâ distrahatur; ut enim esset à veritate alienum asserere

G

vnà cum Rege Christ. statim ac nupserit. Et sua Majestas, debebit hunc approbari facere, & in Acta reddi a Parlamento Parisiensi. Et nova dicta renuntiatio & ratihabitio, & approbatio vel facta, vel ommissa, de præsenti, & in virtute hujusce tractatus, & matrimonii quod sequetur, habebitur pro facta, & expedita, & approbata, & simul in actis traducta a Paris. cum Pacis promulgatione, in Regno illo. Parlam. Sic In artic. 6. exclusionis.

ſerere, Regem Ceſsioni integrè non conſenſiſse; ſic negamus, Principem non prius fuiſse legi ſe maritali ſubijcere coactam quàm à Parentis ad viri imperium translata, ſub Pyrenæis ut adnotavimus, ipſi addiceretur. Chriſtianiſsimum exinde maritali in uxoré poteſtate uſum, ſine te magiſtro, vel ex hoc manifeſte patet: Non permiſiſſe uxori ſcilicet Ceſsionem ratam facere, pactaque jure optimo, & conventa, ſervare. Sed res, quantumvis fortunâ turbante, non poſsent Gallici Reges jura ſua, atque rationes educere; cum in nuptiali Chirographo (quod & Pacem complectebatur) legibus cunctis civilibus ceſserint; ac præſidia, privilegia, & refugia, ad quæ patere poſset aditus, recuſaverint. Neque à Galliâ ſuſtineri poteſt, priorem Ceſsionem nihil ſibi noxæ intuliſſe. Quis tam forti ſtomacho, ut ex ore Chriſtianorum Principum indignum humanâ ſocietate ſenſum prodire pateretur?

Addas quod, licet civiles leges communem deſtruere poſsent; Principis nunquam noſtræ Ceſsionem

ex-

expugnarent; utpote ad gentium jus ſpectantem, Monarchiæ, publicæ utriuſque Regni utilitati, Paci denique, (cujus fundamentum & origo) proſpicientem; & cui tanquam pars inſeparabilis adnectitur. Incaſsum igitur laborant civiles leges, ut illius validitatem quatiant, cùm ſummo Regum juri, atque majeſtatis Imperio immota innitatur.

Quædam occulta Inſtrumenta in Hiſpaniâ à Principe ſignata, & Gallis ignota hic adſtruit Aſsertor; & inclamat.

In dotis cõtractu de futurâ Ceſſione mẽtionẽ fieri: ſed Ceſſionis factæ Inſtrumentũ adhuc ſub tenebris latere.

Sic viſendi illi facultas inſit, cùm non lux, non color, non viſibile objectum abeſt. Adverſarii noſtri dentes (ut de Perſei equo nugantur fabulæ) non modo in corpora, ſed in umbras feruntur. Quatuor igitur Ceſsionis, atque excluſionis articulos, de quibus adhuc ſermo fuit) nullius nervi; caſuque jacta fuiſse verba ab Legatorum ore futiliter blaterata, dicamus? ac ſi flocci eſset læviſsimum Connubii nego-

tiolum absolvere? Cessionemque, ipsius fundamentum atque originem, efformare? Ex duobus contractus syllabis pateat, an fuerit de Cessione dubitatum, an verò actu ipso celebrata.

Quācumque actionem, aut jus, quod mihi convenire posset hereditatis, aut successionis gratiâ, ut filia earundem majestatum; utrumque desero, & relinquo: sint cujus vis conditionis, summæ, vel magnitudinis ea cedo, atque renuntio; & in Regem Dominum meum, ejusque successores transfero. In exclusione quoque hoc sub Teresæ nomine legitur. *Ego declaro, & habeo me prò exclusâ cum omnibus meis descendētibus.*

Dubitas etiamnum dici in contractu *Renunciabo*; aut *me pro exclusa ducam?*

Acquiescat per Charites; in contractu quippe Conjugii a Gallico Rege subscripto, Cessionem à Principe firmandam fore decernebatur his examusim verbis.

Infans antequam desponsetur facere debebit Cessionem in formâ, cùm cæteris cautionibus, fundamentis, &

so-

solemnitatibus, requisitis, ac necessarijs.

Quare si a Christianissimo Cessio promissa, quid excandes si à Principe fuit expleta conventio? Si Cessionis schema Galliæ non innotuit; cur ipsum ab Hispaniâ non contendit? Cessionis præterea Instrumentum, atque exclusionis à Legatis, & Christianissimo sancitum, illud ipsum est, quod pridie, quam sponsalia celebrarentur, anno insequenti Fonterabiæ Princeps repetiit: cujus exempla vidistis, cum secundus, quartus, quintus articulus ab iis non dissideãt, quos in Pyrenæis Cardinalis, & Harus decrevere.

Sinas me tandem à contractu hoc nuptiali iniquitates procul arcere, quem Regis consensu, & Sacramenti viribus fultum undique prospicimus. Te vero heîc ò circumforaneus concionator, qui Pontificio, Divinoque jure abusus, Principum mentem ab Religionis onere levas, fœderum ac juramenti vincula solvis; ad ravim licet usque vocifereris, solum in Trivio relin-

quimus:

Solus ut in vacuâ regnat basiliscus arenâ.

CAP. XIV.

An Principatibus possit abdicari.

GLoriose jactavit adhuc æternis à se tenebris Cessionem damnatam, quam Contractus inani columine destitutam, corruisse autumat, nunc materiam aggressus, ac veluti scholasticè disputaturus, hoc firmare studio impensiori contédit. *Principatibus, & Regnis abdicari non posse, Ordinibus non convocatis, & ex populorum consensu.*

Honesta propositio; absolutè tamen minus vera; quam inexaminatam pertransire sinamus.

Principem addit *totius reip. personam referentem, principatus jura exscindere, aut dividere non posse; sed integram servare dignitatem, decusque teneri.*

Distinctione indiget axioma: multis enim in casibus Princeps Principatuum jura distrahere, ac in partes

partes redigere poteſt; aut ob ipſorũ ſalutem, aut boni pub. causâ. At ſi verum eſſet omnino, quâ fronte poſſet Catholicus Burgundiam, & Lucemburgum dividere; ut tertiam, aut quartam partem Galliæ adjungeret? Quod verò debeat principatus cuſtodiri, quis negat? nobis etiam quinimò confert; ideoque Cath. Rex docetur Monarchiæ dignitatem Ceſſionis cautelâ ſic præſervare; ne in Salicum Gurgitem demergatur; quod eveniret, ſi Gallis ſemper æmulis, ſæpe hoſtibus ulla contingeret abripiendi anſa.

A dominiorum ideo ſucceſſione illi non excludantur, qui jure ſanguinis, aut naturæ à veteribus Inſtitutis, & Regnorum conſuetudine vocantur: & neceſſario dicemus Tereſam (Principem), ipſiuſque poſteros poſſe à patri dominij ſucceſſione, præſertim ſi regij mares deficiant, excludi.

Et heîc importunè adverſus regiam poteſtatem rurſum inſurgit, quam devenerari, non ſecus ac Templum illud Herculeum penitus à muſcis intentatum, par eſſet; inque

que novas me animadverſiones adducit. Sed antequam opus aggrediar, Gallicos annales evolvam, ſi forte, qui ſit in re ſimili modus ſervandus, ediſcam.

a Legem Salicam quo ad feminarum excluſionē patet non fuiſſe a Faramūdo de conditā ſed à Philippo Lōgo Rege excogitatā, ut regni hereditate privaret neptē ſuā Lud. Hutini filiā. *Girardus Allianus à Conſilijs Henr. 3. Regis Gallia in Hiſt. l. 1.*

a Lex Salica, quæ ſpecioſa potius Ars eſt regnandi; & quæ in ſucceſſionis materiâ numquam prorſus conſiderata fuit, niſi à Philippo Longo, à quo & in feminas extenſa, ut Ioannam Ludovici Hutini, legitimam Gallici Regni (quod malis artibus occupaverat) heredem, dignitate exueret; an non apertiſſime jus Gentium, ipſumque Naturæ ordinem oppugnat? Quinam fuere priſci illi Sacerdotes, vel è Druidarum genere graviſſimi legum cōditores Salici, à quibus ſanguinis, & ſucceſſionis privilegia, regiis maribus abſumptis, feminis adimebantur? Pro comperto tamen habemus, legis enormiſſimæ partem, quâ feminæ detruduntur, nunquam prodiiſſe, niſi octingentos poſt annos, ex quò fuit à Francis orientalibus; Faramundo, regnante lata, Rhenum inter, & Scaldim: idque Philippi ſtudio, & aſtu; unde, Baldo Iu-

Iurisconsultorum facile principe tunc florente; cum actiones discuterentur, quas feminarum jure Anglorum Rex in Gallias intendebat; nunquam legem Salicam sapiens ille vir recensuit, quæ paulo ante feminas penitus excludebat. a Tota igitur Salicæ legis vis localis, unicam tãtum Brabantiam complectebatur; & ad Francos Orientales, non ad Gallos spectabat: circa justitiam distributivam versata; a feudalibus bonis, atque Principatibus abstinuit; allodialia dumtaxat considerans; ut Scipio Plessius Historicus,& Consiliarius Gallicus sentit.

a Legem Salicã ad successionem Coronæ in favorem marium, & feminarũ exclusionẽ minimè pertinere; & adhoc constitutã nõ fuisse.

Scip. du Pleix in prolegom. ad Hist. Gall.

Et reverâ Principatus ad patriarum legum normam per omnes Galliæ provincias mulierum cervicib. incubuere;donec à matrimonijs in unum regale diadema congesti, veluti regii corporis membra, evasere omnes.

A Carolo Magno usque ad Carolum Audacem octingẽtorum annorum intercapedine, Burgundia viciffim modò maribus, mulieribus modo subjecta; nunquam Salicæ legis nomen agnovit.

Alienarda, vel potius Eleonoræ filia, & Aquitaniæ ducum heres ultima, à Ludovico VII. Galliæ rege repudiata; nupta deinde Henrico Normandiæ, & exinde Angliæ Regi; paternâ hereditate Regnum ipsius auxit; unde Gallia toties in posterum sanguine exundavit.

Tolosanus Comitatus, Linguadocum, & Aquitania in Alphonsũ I. Ludovici Sancti fratrem; hinc in Galliæ Coronam fluxere. Campaniam, Bigorem, & Briam Ioanna Henrici Navarrei filia, dotis nomine, in Philippum cognomento Pulcrum cõtulit. Comitatus Veromandvẽsis, & Valesiensis ad Hugonem Magnum, filium Henrici VII. Galliæ Regis ab Adelaide Valesiâ uxore, & ipsorum herede traducti fuere.

Provinciâ Narbonensi nonne auctus Carolus Angioius a Beatrice matre, & herede Raimundi Berengarij, Comitumque postremi? Ducatum Niversium, a & Mõpenserium, Tuttevillium, Guisium, Vmenium, Alansonium, & Albretium an non in Gallicum corpus ingessere

a *P. Æmil. Froissard. Nauclerus Maierus. Everus. Polyd. Sabel. Allianus. Duplessi. & Pet. David.*

gessere feminæ; ut antiqui, & nupertimi temporis scriptores asserunt? Eat nunc Cassanus, & plenis buccis insonet, b Vniversum Galliæ regnum sub Feudo Salico complecti.

Vltimo loco de Britanniâ dicam, quater jam maribus, a feminis ereptâ; quæ tamen & dignitate, & splendore numquam cæteris Europæ Principatibus minor; tunc postremò concidit, cùm ei Gallia sceptro magico admoto; servilis provinciæ jugum imposuit: quod & Hispaniæ, & Europæ meditari non levis cadit in homines suspicio.

Annam Ducem, ais, Paternum marito Ludovico XII. Dominium cessisse: & Cessio iniqua non fuit? non fuit inquis. At antiquis Britanniæ legibus, & Bono publico repugnabat. Qui plura? Quod confert, id honestum. Hæc Cessio ab Annâ extorta, quæ populis damnum inferre nequibat; Claudiam filiam, ejusque sobolem Patrimonio spoliabat; dignitatem, privilegia, jura, leges, Principatus quoscumque obliterabat. Legis nihilominus Salicæ, non

b Per legẽ Salicam non tantũ universũ Franciæ Regnum possideri a Feminis non posse: sed ne partes quidẽ Coronæ, uti sũt Ducatus, Comitatus, aliaq; feuda; quoniã ejusdem sunt Naturæ, & conditionis; atque ipse stipes a quo prodeunt. *Cavan. l. 2. c. 15.*

Cessionis nisu urgente, hæc omnia in voracissimum illud Chasma, quæ cuncta absorbet, dejecta. Nec sine animaduersione prætereundum illud Francisci I. egregium facinus, qui, excluso filio secundo genito, e Britaniæ Ducatu; totum pene orbem evertit,ut illum in Mediolanensi dominio reponeret.

Colligitur ex his præclara ejusmodi facta Galliæ convenire; a cujus sapientissimâ regnandi arte liberè permittuntur; & à quâ cessionis Teresæ Principis truce prodigium diris,& execrationibus abigitur. Ea inquam Cessio, cujus ope in amplissimam Regalem Domum adducta; spem fallacem,& remotam, nimiâque annorum distantiâ caligantem, Patri, vel Consanguineis reliquerit; ubi suam ipsam, ac Patriæ felicitatem, totius ac Europæ quietem (bona certa,& præsentia) veluti dulci, vereque regali spectaculo, perfrui posset.

Ad Imperii amplitudinem,& gloriam magis,magisque propagandam Gallica regnandi Ars feminas vix

ortas excludit à Solio, ne extra Regium genus successionis jura traducant: & Hispaniæ filias suas in Gallico throno collocanti, quietis publicæ caussâ, Teresam excludere denegabitur; cum jus transferendi, monarchiæ properet exitium? Sed quid inquam Teresam excludere? non excluduntur nisi Gallici Principes. Nam liberatâ Hispaniâ à Gallici jugi formidine, successio Teresæ conceditur. Exclusio igitur absoluta non est, quâ non Iura filiæ auferuntur; sed Monarchiæ inconcussa servantur. Teresam Reginam, eandemque felicem exoptamus; eritque, donec filij, & maritus vixerint; quibus, (quòd Deus avertat,) sublatis; si Hispanicæ Provinciæ, tum ipsi debeantur; in summæ dignitatis apice evectam, Reginam salutabimus. At uno, ac eodem tempore Galliæ, atque Hispaniæ regio nomine imperare, prodigii loco habetur.

Nec his Gallia quati debet, à quibus nulla cuicumque infertur injuria. Rex vester Conjugium, atque Cessionem proponendam curavit;

ravit; ſed licet ipſa Hiſpania matrimonium hâc lege propoſuerit, non ideo Regis arbitrio vincula injecit: ſi & in Anaxagoræ mundos Tereſæ jura fuiſſent, nil tamen eorum Ceſſio, nil obeſſet marito, qui conditioni huic adſtrictas nuptias inivit. Ceſſionem, & Connubium libenti animo excepit. Summo ergo Regi non licebit, quod plebejo adoleſcenti licet? uxorem, cum quâ vitam degat, eligere? Dotem ſub quâlibet conditione recipere? Si unuſquiſque renunciare juribus ſuis poteſt; & ſi volenti non fit injuria, cur Gallia queritur?

Reſpondebit Aſſertor. Non licuiſſe Principi damna, quæ ſibi infert, in ſobolem extendere. Quis ſuggerit? an Gallicæ mulieres quâcumque facultate paternâ à Salicâ Lege iniquiſsimè exutæ? ſubdit. Quod licet potuerit Rex aſſentiri, non poterat Princeps tot ſe juribus abdicare. Quid ni? An non & Eleonora Auſtriaca Franciſco I, Maria Medices Henrico IV. & Anna Auſtriaca Ludovico XIII. nuptæ, potuere? cur igitur Tereſæ poteſtas

coer-

coercetur. Ac si exēpla desiderarentur; quotiescumque tamen similis se ferret occasio, locus esset exemplo. Debebatur Bono publico pax. Hæc sine connubii fulcris, vel nulla, vel infirma. Connubium verò Cessione defectum, vel nullum erat, vel Monarchiæ solvebat compages. Quid igitur agendum? Bellum Europam, Conjugium Monarchiam evertit. Cessio jura Principis minuere videtur: at pertenuis, remotæque spei plausibiles umbras auferendo, illam in opulentissimi, atque florentissimi Regni sortem infert. Vel ergo in ipsius utilitatem, vel secus cederet, Cessio erat amplectenda; utpote Christianæ Reipub. & Regnorum saluti opportuna; quæ eadem est, ac Regiæ stirpis incolumitas. Molesta enim, & onerosa populis est Principis mutatio; ferè intoleranda, si ex alio genere intrudatur.

Prima igitur Principum cura Reipub. salus est; altera, ejusdem quies. Huic verò Principum series in eâdem familiâ plurimum cōfert; quibus gentium felicitas innititur.

Salus quippe populi, ut è vestrâ gente aliquis scitè profert *post Deũ immortalem, in Principis prudentiâ consistit*. Ipseque Deus mutationem Principum a gentium delictis emanare docet; cum ex ore sapientis, a *propter injustitiã, injurias, & diversos dolos de gente in gentem Regna transferri* dicit.

Ecclesiast. c. 10.

Vt verò injustitiæ crimen summum Principibus viris apponitur, quibus Iustitiæ numen apprimè colendum, idemque tuendum summum est munus; Sic & Regnorum traductio ipsorum culpam, Deique vindictam arguit: pœnæ verò acerbitas, flagitij gravitatem ostendit. Regibus igitur cavendum, ne suamet incuriâ regna de *gente in gentem migrent*; ubi itaque publica necessitas præsentaneis remedijs indigeat, & hæc à Principis arbitrio dependeant; sciat ille tunc, non antiquis regni legibus derogare, cùm illis utatur: Finis quippe legũ omnium præcipuus est Rep. cura: qua extincta, inviolatæ leges nihil prosunt. Salus ergo publica Principẽ à legibus cũctis positivis eximit; ob

quam

quam servandam Naturæ etiam & Gentium a Leges interpretari fas est: spoliare quin immo, & interdum inopem, & innoxium obtruncare: nec raro legitimum Principem excludere; atque primogenitum successione privare.

a Principem posse propter pub. bonū dispensare contra leges omnes comunissima est sententia. *Fachinæus Controv. l. c. 66. Azor. Instit. mor. p. 2, l. 10.*

Patiatur igitur Adversarius, Cessioni, legitimum, honestum, & condignum locum dari; frustra quippe magistri induto supercilio, atque venerabili schemate incedens, ut nimia, sic enervia in aures nostras impegit argumenta. Cessio sine alicujus injuriâ Galliam opibus cumulavit, & gloriâ; quæ pacis itidem beneficio, Fortunam sibi omnino conjunxit. Hæc omnia è libero Principum consensu defluxere; multique Reginarum exemplis in Gallicâ domo locatarū vigent effulta. Cessionem, & Exclusionem nostræ Principis bonum publicum, populorum quies, reipublicæ felicitas, regiæ stirpis incrementum, pax denique orbi data ubique acclamant.

Nos Anaxandridam Rhodiensem illum imitati, qui fabularum

inep-

ineptiſſimas Seplaſiariis in mugilū, & ſcombrium tunicas delegabat, nonnulla fatemur Aſſertoris ex leviotibus commenta, ſtudio prætetiiſſe. Non ideò in querelas exurgat; nam aut extra rem prorſum erant, aut è re Gallicâ tantum. En ſpecimen aliquod proferam, epiphonema ſcilicet, quo in operis protaſi exclamat.

a Ex Aſſert. Gall. in fron. I. Partis.

Principes, regaliumque ſucceſſionum jus in tantâ firmitudine in ſacro Deuteronomio inſtitui, ut nullam omnino mutationem, vel turbationem pati queant. a

Si diſputationis noſtræ à ſacris paginis nobis eſſent argumenta deſumenda, actum de illo foret. In Iebuſæorum, & Amorrhæorum jura tranſiret. Sed quia res mihi eſt cum homine politicis inſtitutis medullitus infecto; opus hoc terreis coloribus ducere ſtatui. Dicam igitur, ut modò oſtendam tela in Cœlum miſſa, in jaculantis caput recidere, Sereniſſimam Tereſam; cùm ſacri Textus lege feminæ à Prin-

Quē enim fugit Reges a præpotenti Deo, ut prçcipuos providētiæ adminiſtros, & veluti divinæ poteſtatis cōſortes eligi; jura ſucceſſionū in Regna, & Principatus conſtitui, atque in ſacris Scripr. ita deſcribi, ut moveri ea, vel mutari nulla ratione poſſint. *Deut. c.* 17

Principatu detrudantur, ab ipſo perperam intrudi. Æquivocis deinde ludens (quorum illi frequens uſus) non bonâ fide, neque integrâ ſcripturæ verba refert.

Regem quippe, ait illa, *conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus.*

Hoc verbum Dei ſimpliciter ſonat. Senſus non corrumpo: ſyllabatim profero. Nunc divini Oraculi intentio vera eliciatur. *Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non ſit frater tuus.*

Aderant nihilominus Iſmaelitæ, ex Abrahami notho gẽtes; Moabitæ, Abrahamo ex mulieribus affines. Aderant Idumæi, ab Eſau Iacob Patriarchæ fratre, progeniti: quos omnes excludit; nam Abrahamo licet orti, atque Iſraelitarum cognati; acerrimè tamen æmuli, inſidiatores, hoſtes, exitium illis in dies meditabantur; quorum ſi aliquando adepti fuiſſent imperium; non iræ, non aviditatis, non ſuperbiæ, non furori modus.

Pace

Pace ergo veſtrâ, cæleſti præcepto admonita Hiſpania, nunquam regnorum ſucceſſionem homini, qui *non ſit frater tuus*, permittet. Sẽper pro exteris habeantur æmuli, inſidiatores, pſeudofilij; qui morum diverſitate, finibus, indole ab Hiſpaniâ diſſidentes; fœderibus, ſæpeque repetitis cognationibus poſthabitis; ſervile jugum liberis cervicibus imponere jugi, indefeſſoque ſtudio machinantur.

Sic ſapientum conſilio, Dei, ac rationis juſſu à ſucceſſionibus Hiſpaniæ Gallos arcere ſemper ſit ratum.

Finis Primæ Partis.

VINDICATA
VERITAS
A GALLORVM SOPHISMATE;
AD SCRIPTOREM
GALLICARVM
In Belgium intentionum
RESPONSIO.
PARS SECVNDA.

VERITATIS VINDICATÆ

PARS SECVNDA.

Examen Reginæ Christianissimæ Intentionum.

CAP. PRIMVM.

An in Principatus successionibus Principibus sit necessario pro localibus consuetudinibus agendum.

ECce prætextatæ fabulæ Actor illustris in scenam iterum prodit, & propositionum portentis ominosus; adversus legitima Hispaniæ jura ringentem Cerberum, quasi de pegmate, triplici educit argumento.

Primâ quæstione, ait ille, *municipalium legum, & Consuetudinum vim tueri profiteor. Secundâ Reginæ Christianissimæ intentiones diligenter ad calculum revocatas. Tertiâ ineluctabile Regis Cath. necessitatem non transgrediendi receptas Regni leges, Quapropter (primo capit.*

quamvis Principibus non negetur auctoritas condendi, & abrogandi Leges; in maximis tamen momentis successionum Regni omnis interdicitur libertas exeundi a septis consuetudinis, quæ non minus Principes, quam subditos obstringit.

Paradoxa, hercule, quæ rectæ ratiocinationis fines excedentia, regiæ providentiæ manicas inijcere conantur. At quoniam inter supremo regum apici confusè attributa, veneno misces antidotum: curiosè scrutari cogis Principum potestatis originem.

Cùm creaverit Deus hominem intellectu, ac voluntate sibi similem, suique in manu consilii positum; cumque hic velut animal solitariè vivendi incapax, à Naturâ ad societatem excitetur ut vitæ necessitatibus suppleat; non par esset, Deum hominibus naturæ documẽto congregatis auctoritatem non concessisse inter se civile Regimen pro communi bono statuendi; aliquo ex illis electo, cui soli cura omnis & potestas id promovendi demandata foret. Nõ potest enim

in

in cætu hominū publicum assequi bonum. *Nisi omnia reducantur ad unum, vel per modum unius*, ut Angelicus docet Thomas. Et si Natura vitam sociabilem suadet, rectore opus est, qui provideat, præsideatque multitudini; cum doceat sapiẽtis oraculum, *ubi non esse gubernatorem, ibi corruere populum*. a

Talis itaque potestas in communæ considerata, hoc est, in populo simul congregato diffusa; non est dubitandum, quin ab omnis sapientiæ fonte Numine, immediatè defluat. Singillatim deinceps considerata, ut in speciebus Democratiæ, Aristocratiæ, & Monarchiæ; à jure Gentium descendit; quod est Conclusio quædam Naturæ legum, communi hominum ratiocinatione deducta, atq; firmata. Et hæc etiam potestas à Deo promanat, tanquam ab auctore Naturæ; licet a populorum arbitrio conferatur. *Non est quippe nisi à Deo, potestas*. b Cum itaque humana potestas nil aliud sit, quam divinæ quædam participatio à Numine in populum collata, & à populo in magistratus;

a *Prov. c.* 11.

b *S. Paul. ad Rom.*

animadvertendum an populi pleno jure illam, an imminuto in Principes transtulerint. Nam si absoluta transfertur, ac integra, nullique subjecta legi, præter suetum munus justè regendi populos, tuendi protegendi, unicéque bonum promovendi publicum; Princeps tunc eminentius omne id potest, quod antea populi poterant; nec ullâ in re ipsorum subjacet voluntati. Hinc jure imperii promulgare leges, abrogare consuetudines, ordines firmare ad rationis, & Aequitatis normam Principi licet; cùm ejus majestas omni sit lege soluta; tumque solum (dicere fas sit) populi serva, cùm de populi salute, hoc est publico bono agitur; in quem unicum scopum Populi, Principesque collimant.

Non potest igitur in aliquo Regno Lex humana vigere, quæ summo jure suo orbis Terrarum arbitros sibi parere compellat: cùm leges nullam vim aliam, quam a Principe desumptam habeant; qui sibi ipsi extrà seipsum imperare nō potest; debetque semper in agendo

libet

liber esse; vinctus tantum (ut cæteri homines) rationis nexibus; quæ ipsum Naturæ Deoq; subiecit.

Omnes itaque leges, quæ in libero Regno, utpote Hispanico, vigent; cum à Regibus constitutæ sint, à Regibus etiam abrogari possunt. Idem est de Consuetudinibus populi; quæ nullam, nisi ex potestate Principis, vim habent; cui potestas omnis antiquitus à populo fuit delegata. A quocumque igitur statuto, locive consuetudine quovis modo à populis introductâ, & à Principibus confirmatà arctari non potest suprema Domini auctoritas; cui semper libera, nulloque circumsepta limite sphæra est assignanda; ut pro unica prudentiæ regula, rerum temporumque vicibus, Reipub. consulat bono.

Verum quidem est, si usitato more loquamur, Regem subiectũ esse debere antiquissimæ, & cum ipsis Regni cunabulis ortæ legi: quæ præcipuè ad Regni salutem, & boni pub. tutelam respicit, & inde regiarum successionum ordinẽ definit; quasi his pactionibus trans-

fuderint antiquitus populi suam in Principem potestatem. Hinc leges istæ non civiles, sed juris Gentium appellatæ, ipsos etiam Principes adstringunt.

Et prima, quæ cæterarum omnium caput est, illa scilicet, publici boni; solvi nullo modo potest: cum accidere nequeat unquam, ut illud contra Princeps agere debeat, sine regni populorumq; pernicie. Leges aliæ, vetustæ licet, & cum Regni fundamentis locatæ, aliquo casu solvi possunt: pro Regni salute videlicet, ac similium necessitate; ut loco ostendemus. Cæterum magnitudini justorum Principum jus Romanorum Civile, & Regni transgredi non convenit: in quo neque ab Assertore, neque ab interpretum opinione dissentio.

Sed non ideo etiam sine caussa Principes cunctis juris civilis legibus se submittere debent. Namque *si Doctores, Nobiles, Clerici, feminæ multis in casibus communi lege solvuntur*: nonne & adversario æquū videtur, etiam Principum conditionem supra cæteros majestatis radios

dios illustrem, iis sanctionum legibus solvendam, quæ legum latores impotenti plebeculæ, veluti fræna, imposuere?

Præterea in Principis potestate, perinde ac in divinâ, duas potestatis species dari volunt, Ordinariam, & extraordinariam. Theologi ipsi plura divinæ ordinariæ potestati vetant, ubi sibimet latæ legis methodum servat; qui tamen Consilij sui potestati omnia, quæ inter se non pugnant, concedunt. Idem legum sanctores, ac Politiæ magistri de Principe sentiunt; potestatem, scilicet, illis limitatam, & absolutam tribuentes; illâ legibus quodammodo ac Regnorum consuetudinibus subijciuntur; hac à quibuscumque humanis illos legibus eximunt. Quando igitur, quos adducis, magistri de obligatione Principum in Leges, atque Decreta disserunt, absit ut summam potestatem vinculis onerare contendant; sed ordinaria sub regulâ mittere; hac exceptione: *nisi aliud velit ac exigat reipub. salus, & necessitas, tum enim Principibus convenit summa potestas.* a

a Besoldus de Maiest. Parte 1.

a Bornit. de jure Maiest. c. x.

a Itaque ubi reipublicæ ſalus interſit, Dei omnipotentis exemplo extra Naturæ legem operantur. Nec me effutire putes, pecudum ductores eſſe Principes, qui prò arbitratu cum laniis de ipſarum pretio conveniunt; in boni verò communis perniciem non illis jus ſummum adeſſe dicimus: rationis autem normam perquam religiosè proſequi, totieſque repetitum illud bonum pub. reſpicere Principum unico ſtudio committimus.

Hunc igitur dumtaxat ſenſum ex cujuſque legis, Præcepti, & moris verbis, ubi ſummam poteſtatem coerceant, exprimendum; *pub.* nimirum *rè ſalvâ:* quam lædere neq; humanæ leges valent, neque ſumma extraordinaria Regum poteſtas: hoc enim ſibi, veluti Deo peccare poſſe, repugnat; quod eſſentiam ipſius, ſummam bonitatem, videlicet, deſtrueret. Hinc educere licet Reges, ubi Regnorum jugiter incolumitatem ſpectent, ac popul. bonum (quæ duo veluti Principatus columnas locamus, & quibus moles univerſa incumbit) leges cunctas,

atque

atque Decreta interpretari, ſolvere ſi publica neceſſitas exigat) & abrogare poſſe: nullumque producet Aſſertor ex interpretum turba leguleium, vecordem adeo, qui inexpugnabilem hanc veritatem impugnet.

Iure Gentium, hoc eſt Naturæ voce prior filius natu ubique terrarum in hereditarium patris thronũ evehitur: nullumque viget Imperium, in quo lex iſta inviolanda nō polleat. Si veſanum, rebellem, apoſtatam, (deſperato remedio)des primum regis natum; e ſolio detruſum oſtendo: ſi ſacris initiatum; fratrem, vel conſanguineum ſurrogo. Nec jus gentium infringimus: rem utique, bonumque cōmune præferimus. Si primogenitus in hoc inſurgit, ſuccedere nequit. Principes ergo,qui impellente, ut annuimus, neceſſitate primo-genitos excludunt, legē non conterunt, ſed legis intentionem aperiunt; regulam, videlicet, natu-prioribus faventem illi non ſuffragari, qui Religionem deſerit, dementatur, rebellat. Definiunt itaque Doctores

 (ut

(ut Alosius colligit) Primo-genitis locum semper servari, dummodo in Regni gentisque exitium non assurgant.

Vbi verò sponte primo-genitus sortem sibi à Regni legibus impertitã cedit; a summa potestas in actus hujus præsidium non vocatur: quod enim in sui cedit utilitatem, arbitrium illi turbare non debet, damnumve producere. Primo-genitum ideò, qui sacra intrat claustra, lex humana non ligat, divina fovet. Eadem natorum ratio, casu aliquo vrgente, sponte cedentium; a quibus lex non violatur, quæ invitos ad successionem non trahit, neque ad imperii regimen suscipiendum cogit. Neque patribus filios in abdicando a concitis ordinibus suffragia sunt exigenda; regnorum quippe consuetudo non pervertitur, cùm primò-genitum vel insanum, vel perduellem, licet invitum, à regiis successionibus arcent. Tunc verò convocandi Ordines, cum lex Principatui, vel juri gentium spectans resolvitur. Itemque si Principes abdicentur, qui regni

a *Bald. in lege. Hoc amplius, & alibi.* Primogenitus est præferendus dummodo hoc non sit in perniciem & interitum, sive contra cõmunem salutem, & utilitatem Regni. *Azor. Inst. mor. p. 2. l. 10.*

pon-

pondus perpessi, exonerare & a boni publici promovendi juramento exolvere se cupiunt. Cum igitur ex his appareat, summam potestatem communia legis vincula reijcere, restat, ut cum re nostra commune Principum privilegium componamus. Philippum negare non audebit Assertor, eâ, quæ in regiâ Majestate maximè inest, potentiâ non viguisse. Hâc igitur uti in ejus erat arbitrio, quoties jus Imperii & Reip. requireret usus. Huc advertas. In Instrumento nuptiali Principis filiæ, rex idem exprimit, quod ipse:

Rex supremus, nullique subiectus, justis caussis permotus, tum rei publicæ, tum Regni sibi à Deo in custodiam demandati, communisq; illius boni, cui cedere debet bonum Infantis, ejusque sobolis privatum; vult Renuntiationem, atque exclusionem vigore talis contractus peractam, vim legis habere inviolabiliter observandam, quavis lege non obstante, vel consuetudine, aliove quoppiam quod adversari posset; quibus vult plene derogari,

Omnia hæc (alibi contractus dicit quintum, & sextum articulum spectando) *a communi consensu* (Regum scilicet) *eademque voluntate firmata, &c. ad communia populorum vota, &c. respectu publici status, & utriusque Coronæ salutis, &c. quæ volunt hoc habere vim legis sancitæ ad Regnorum favorem, & publicum ipsorum usum; contrariam quamlibet legem abrogando.*

Loquente igitur lege hac, & sanctione pragmaticâ a plenissima duorum Regum auctoritate ac Majestate latâ, evulgatâ ac juramento sancitâ; Regni utriusq; proceribus, & Dynastis adstantibus; Provinciarum plausu prosperè acclamata; cur non silebunt reliquæ leges, quæ validissimo, solemni, tot gentibus necessario, ferèque vitali Decreto adversari possent; à quò Europæ trâquillitas, & Christianorum quies ac felicitas dependet?

Hìc in poplites recellit ictus adversarius: non tamen cedit, sed rebullientis iræ supplemento reparatis viribus, etiam propugnat; quærens, scilicet, caussas, unde mores, ac

leges cunctæ ad hujuſce regalis ſideris exortum occiderint. Primò, ut vocem illam *contrarium* expungat, admoneo. Non enim id eſt contrarium, quod Regno favet: Chriſtianiſſimum Regem exinde noſtras hic partes ſuſcipere glorior, qui ſìc in Contractu.

Reſpectu boni Regnorum communis, quorum æquè intereſt Coronæ Gallicæ; ut magnitudo, & Majeſtas quas ſuſtinent, ac ſervant per tot annos tanta felicitate, tantaque nominum Cath. & Chriſt. gloriâ numquã imminutâ, non diminuantur: quod neceſſariò ſequeretur, ſi hoc matrimonio mediante, conjungerentur: quod ſubditis dolorem, & afflictionem ſummam pareret.

Hac ergo nova Lege utriuſque Regni ſaluti, Gloriæ, ac gentium bono publico proviſum. Reges duo ſociatis in concordiam animis, geminatiſque majeſtatis viribus, hanc legitimè ſancire legem potuiſſe dubitas? Suprema ipſorum poteſtas cuicumque ſupereminet. Actus ipſe cuilibet legi non adverſatur; Rationi quinetiam, Honeſtati Iuſtitiæ

consentaneus; in reipublicæ prorsus utilitatem cedit. Videas licet cur Contractum irritum dicas; & quanta Regum injuriâ à regiâ fide, & sacramento sancitum opus evertas.

Sed consuetudinis clypeo se protegit Assertor, auctoritatum, & exemplorum extrema obtendens subsidia. Verùm, ut Montalvi, Bellugæ, Otomanni, Fabri, Baldi, Bartholi, Castrensis, ac cæterorum, quoscumque in nos inhortatur, auctoritatibus resistam; non mihi vires instaurandæ, non acies ingenii est exacuenda. Vera esse quæ promunt non inficior; sed neque personam, neque rem feriunt. Concludunt isti, Consuetudines, leges, Decreta, & successionum ordines non esse a Principibus transgrediendi. His omnibus dari posset exceptio; concedimus attamen: non ideo negant Doctores, quorum scripta novimus; non Lycurgus, non Dracon, non Ancus, non horridioris antiquitatis nomothetę negarunt, Regum providentiam boni publici gratia leges, & consuetudines sol-

vere posse; ac supremi judicii, & potestatis jure novas rogare, abrogare mores; eo saltem casu, qui providendi necessitatem infert, *ne quid detrimenti respub. patiatur.*

Decretum itaque sapientibus, nullo repugnante, licere non modò Regibus interpretari, laxare, & delere mores quoscumque, ac leges, quas *positivas* appellant; sed aliquando & Gentium, & Naturæ jus ipsum, ubi necessitas urgeat. Hinc inoxios cædere, justos possessores dispoliare; agros patrios inundare; fruges incendere; demoliri oppida; suburbia, pauperum casas destruere inculpata manu, si hostes immineat, ut caussam publicam tueatur, Principi licet.

Cæterum consuetudinem ipsam introspiciamus: aut enim hæc à populis, aut à Principibus instituta. Si a populis; hi date summæ potestati legem non valent. Si à Principibus isti sua non possunt abrogare decreta. Non posse populos consuetudinum localium septis supremam Regum libertatem intercludere; ab his, quæ adduximus, a majesta-

tis etiam jure desumitur, & à potentia in ipsis per populorum consensum à Deo collata; quâ sponte exuti populi, Regem induère; sacramento fidem, & obsequium polliciti. Cum ergo sint auctoritate destituti, alium, nisi quem Princeps voluerit, & eo modo, quo voluerit, consuetudinibus obligare nequeunt: ac si, & se ipsum adstringi pateretur; modò vellet, posset, non adeò tamen, ut quo pacto è suis legibus solet, se casu quocumque non expediret.

Exempla verò in dies prolata docent, leges suas flectere, immunere, abrogare, si libeat, non tantū in civilibus & criminalibus caussis, verum & politicis ac Principatui obtingentibus, posse. Hinc rebellibus ignoscere; reos capitis absolvere; bona fisco addicta restituere; munimenta, urbes cedere; jura exuere, conferre tributa.

Hæc potest Princeps, satius ergo potuere maximi duo Europæ Reges ferre Legem, quæ populorum votis ac Regnorum felicitati respondeat; interpretari, ac solvere

Con-

Consuetudinem, quæ Christiano Orbi expectatissimæ Pacis adventum impediat.

a Justinianus Principes super leges effert, datque agendi extra, & supra easdem arbitrium. b Baldus Principem ab observandis à prædecessore latis legibus absolvit. Assertor qui Principi rogandi, & abrogandi legem facultatem præstat; hanc in consuetudines extendi negat. c Baldus, Oldroaldus, Bartolus, & Haimon respondent, *Consuetudinem Principis abrogationi subjacere; ipsius Decreta ultra illarum quamcumque extolli*.

Sed nullus hoc docere Interpretes fingat. Ætas ipsa nostra, quæ in

a Supra, contra, & præter leges statuitur Princeps. *L. 3. Cod. de Test am. L. Princeps de legibus.*

b Princeps solutus est legibus, & successor in Regno perinde liber est, ac qui præcessit; nec si nolit tenetur leges prædecessoris sequi. *Bald. cons.* 161. Majestas ut leges abroget in toto, ita in casu singulari cõtra jus dispẽsat. *Lancell. in Templo jud.* 1. *c.* 1.

c Princeps potest derogare statutis municipalibus quia dicuntur jus positivum. *Bald. cons.* 177. Consuetudo est in potestate Principis, cum sit jus Civile tacitum; & ab eo tolli potest. *Bald. Cons.* 395. *Oldrad. Cons.* 517.

Constitutio Principis est fortior consuetudine, ut Consuetudo fortior Iure Communi. *Bart. in l. Viros. Cod. de divers. off. l.* 12. *Haimon. Cravetta. p.* 1. *Cap.* 1.

In Principum Tabulariis nil uberius, quàm abrogationes contra Gentiū Consuetudines, Regnorum, & Regionum leges institui cernit quotidie, ipsa testetur. Quis adeo tenui forte regnat, qui non ad solius rationis normam, sua potestate fretus, opera non dirigat; legibus omissis, vbi Principatus, ac populorum usus sedulæ, ac insuetæ providentiæ opem requirant? Artem hanc ò quam scitè Reges Gallicos callere novimus! Minor Britania, Pictavia, Ghienna, Aquitania, Gallia Narbonensis, Burgundia, Vellones tibi ne partes imperij videtur aleæ casibus exponendæ? cùm tamē femineo aut jure, aut dolo in Gallica rostra incidissent; nō consuetudinū ratio, non municipalia decreta, nō legum fundamenta quicquam antiqui juris repararunt: sed exutæ statim contra jus gentium ipsis rationibus, cūctisque privilegiis, sub ferreo gemuerunt Francorum jugo: oneratâque Principatuum libertate, servile nomen sortitæ, mancipia Gallicæ calliditatis evasere.

Vulgo Campagna.

Nuper capite 14. diximus memoratam

moratam nunquam his in provinciis legem Salicam esse; quæ, licet aliquid præ se ferret, brevi tamen progrediebatur ultra mœnia Parisiorum spatio. Hinc ut in Hispania mulieres ob interitum masculorum heredes, vestris Regibus nuptæ, patriam subitò pessumdedere: sic Gallia deiiciendas à successione feminas; earumque libertatis, amplitudinis, dignitatis instituit delendam esse memoriam. Nunc mihi dicas, qua poterit Assertor Iustitiâ, iuratos in alienis regnis usus abdicare; bonam pub. destruere, & trahere Principatus, dotis titulo consequutos in servitutem?

Hæc esset, hæc iniquitus appellanda; hæc Naturæ, Deique legibus inimica, non vero Monarcharum Hispaniensium opera; qui Regnorum salutis, publicique boni gratiâ, consuetudini semel, & in suâ derogent domo.

Tamen ex omni parte perculsũ, se in angulum, e periculo confert Adversarius; & Caroli Quinti, Margaritæ Belgicæ, Henrici Regis Romanorum, Comitis Mathildes de

Harra

Harra, Annæ Britannicæ, Hannoni-cique Ioãnis exemplis, veluti compacta testudine, se defendere studet. Illustria sanè, famâque digna monumenta; si, quas ingerit, nugas saltem honestare viderentur. Ipse verò Carolum Quintum, pulsis aliquot è Belgio moribus, *repræsentationem* in familiam regnatricem, annuente Belgio, induxisse testatur.

Hæc eadem retorta in hostem arma duplici, ut opinor, illum vulnere confodiunt. Primò, quia hoc pacto Principes novas inducere possent leges, & veteres Provinciarum consuetudines expellere. Secundò, quia si primus semper masculis vacat repræsentationis locus, nullus esse posset Principi nostræ in provinciis illis, ubi Frater eius Rex Carolus Patris locum implet. Margarita Belgii Comes sacris Ecclesiæ initiatum ordinibus esse Comitem Avenensem, cui nupserat, edocta; licet duos jam filios enixa, Dampierio secundis ominibus locata, binos & huic natos peperit. Hic Assertor, spurios, ait, post controversias multas, legitimorum personam indutos,

Va-

Valentianam & Harram; Belgium vero, Dampierios obtinuisse. Quorsum hæc? ut primi Connubii natos, nothos licet, secundi filios, etiamsi legitimos antecellere ostendat. Ni tamen fallor, sua in se spicula redeunt: filiis enim secundi conjugii Belgii Comitatus obtigit; Harrâ valdè (concessa nothis,) uberior. Hi præterea, probante Pontifice, tanquam fide bona, a matre geniti, in legitimorum sortem adsumuntur. Persequar suo loco Henrici decretum. In Comitatum vero de Harra vocata Mathilda, summotusque nepos ejus, Rubertus competitor, quid aliud demonstrant, nisi proximiores defuncto, non autem masculos anteferendos? Quid Ioanna Lugdunensis Galliæ Ducis Filia hereditate potita; quid Comes Monfortensis ab hereditate dejectus, nisi Filias illhinc imaginem patris referre?

Iamque Regis nihil interest Hispaniarum, Ioannem Avenensem patri non repræsentationis, sed hereditatis titulo successisse; neque exempla cogunt, Brabantiæ usus

non posse publici boni causâ commutari.

Et licet vario usas esse succedendi ritu Hannoniam, & Atrebatium acceperis: cedas oportet institutioni Caroli Quinti, quæ præteritos omnes delet: tu tamen sic antiquis extollis mores, ut illis vixisse temporibus merearis; cum glandibus tantum intonsi vescebantur illi mortalium vetertimi:

Vulgo Arras.

Contentiq; cibi nullo cogente creatis.
Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant.

Atqui tot, tantaque narrasse te iuvet exẽpla: nulla tamen fax adest, quæ iter aperiat erranti. Ipsa foret, ipsa tua Gallia uberioribus despolianda provinciis, in quas succedere legum, morumque fundamentis mulieres par erat. Nunc autem jus non solum intemeratum; verùm etiam Iustitiæ, fideiq; honestatem Salicæ legis violavit impietas.

Sed quàm mellitum hoc, & ad palatum compositum argumentum? Brabantiæ consuetudines cõpilari jubet Burgundiæ Dux: ergo & iisdem parendum esse fatetur. quid

quid ineptius?
— — *cur nucibus facimus quæcumque relictis*
Cum sapimus patruos? ———

At, si libet, spectemus quale tandem luculentum facinus admiserit Aiax tragicus, & flagellifer, qui à Regum, & Heroum cæde revertitur exultans; si forte caulas depopulatus, & regum laniena inclytus; Arietem innoxium, invidiam, & nomen hostis gerentem cornu trahat; cujus adspectu mimico risu theatrum exonet. O quàm melius & Aiax noster Gallicus incumberet spongiam.

C A P. II.

An Pecunia à Regina Christianiss. jure sit expetita.

LVdis ut fallas: agnosco indolem. At prætermissâ verborum vanitate, penitius rem ipsam temptemus, & expetitæ pecuniæ in examen reducamus elenchum.

In primis dotem petit Princeps à Regina Isabella matre exportatam è Gal-

è Gallia, quæ valet

ſcutis	500. m.
Item contradotem ſcut.	166.m.666
Item fœnus ſcutis	150. m.
Item gemmas ſcutis	130.m.
	946.m.666

Inſtitoria quidem ratiocinatio, ſed quæ normâ ſupputatoris indigeat.

Hęres primum Iſabellæ Reginæ, ut fateris, Princeps Balthaſſar fuit. Principis vero genitor Philippus; puerile enim eſſet, vel potius abſurdum cum Hiſpanica conſuetudine pugnare. Nihil ergo materni juris aliud ad Principem remanere populi omnes, univerſa tribunalia, tota demum Hiſpania teſtabantur.

Gemmæ inſuper, quas Tereſa Princeps nuper advexit in Galliam, fortaſſe non eædem fuere ex matris ærario depromptæ; ad auri tamen, argentique vel cælati, vel cuſi pondus additæ, longè illas pretio ſuperabant.

Vlterius cum peculiariter Princeps maternis bonis, & privilegiis ceſſerit,

cesserit, quorum vi, sarcienda, si quæ interciderint, damna forent; tua prorsus in nihilum redigitur Arithmetica.

Tu verò ab indice pecuniæ, ad Principatus, nescio quo tramite, migras; quos in Principem Devolutio congessit. Cum hærere nihilominus possim Cessionis, atque Exclusionis firmitudini; interque tuos vanissimos conatus hiantem linquere; sedatè tamen castigare tantam opinor verborum insolentiam: silentio quidem clamosum hominem pertransiens, & male concitati animi jurgia defervescere sinens; quæ spreta, exolescunt.

CAP. III.

An ad Principem Teresam jure aliquo Brabantia & annexæ Provinciæ pertineant.

CVm igitur successio principatus alia nulla sequatur, nisi cõsuetudinum vestigia; & cum Ducatus Brabantiæ, cæteræque Ditiones devolutionis usu (quæ primi

con-

connubij natis paterna, & materna bona largitur (ob Principis Balthassaris obitum Principi sorori ex primo Philippi thalamo exortæ devolvantur; quis ipsam hereditario iure non succedere dubitabit: in Brabantiam puta, Mechliniam, Antverpiam, Namurcum, Limburgiū, Hannoniam, Artesiam, Cameracum, Burgundiam, Lucemburgium? Scilicet frustra hæc minutatim concisa, & sine medulla ventosæ nuces in acervum per jocum cumulandæ? Assertor verò, ut cum Satyrico ludam, sicel, lupinosque mercari ratus, tot uno spiritu provincias adnumerat, quòt Salico Oceano ingurgitandas libentissimè traderet.

Vulgo Maline.

Ergo Sacra, & a Synai delapsa devolutio; quæ non interpretatione explanari, non indulgentiâ leniri possit? Ergo non filiis abundabit pater, nisi facultatum omnium egenus? ergo secundarum nuptiarum filij non acceptam referre patri vitam poterunt, quin & mendicitatem referāt? Ergo thalami prioris feminæ paternis luxuriabunt divitiis; posterioris verò masculi fame ali-

quando

quando conficientur? Ergo nefas, impiumque parentibus erit suo juri, secundi lecti filijs, virilisque sobolis perpetuitati consulere? Ità prorsum, inquit Gallia; neque enim est lenimentis, aut remediis Consuetudo capax.

Falleris inquit, rei suæ domesticę gnara Brabantia: Sed cum scriptoribus Gallicis non facilè sit fides habenda; rem ab originem examinemus. Cùm enim explanata principia demonstrent qui futuri sint rerum exitus: videre liceat quæ devolutionis origo fuerit.

Consuetudo quidem hæc non à feudis, non à Principibus in loca defluxisse videtur: cũ illi mulieres excludant: hi nunquã aliquibus in locis approbaverint; nec ibi nisi postulãte populo. Neque in lucem eam edere familiæ dominatricis exempla ullo modo potuere: dum non ultra masculos successio ferebatur; solumque deficientibus masculis, ad feminas usque fuit ab Imperatore delata. Opus igitur est postremò fateri, hunc non æqualem, non omnibus locis receptum morem, è

privatis familiis emersisse.

Exploranti igitur ejus inter cives originem, animadvertendum, nuptos, ut suam filiorum annis reparatam vitam in æuum extenderent, virum inter ac vxorem in familiæ commodum convenisse; ne quis eorum sineret, ut ad alios, quam ex se ipsis procreatos filios communia bona deducerentur. Hac itaque pactione, sua sic, & propria filiorum bona fiebant, ut aliena fieri nullo modo possent: talique limite viduitas circumscribebatur, ut secunda vota stomacharetur; à quibus tanquam insatiabilis, & jejunæ semper libidinis inditio, complures abhorrent. Verum altas adeò hæc in virorum animis radices iecit opinio; ut cuncta interdum uxoribus donent, dummodo secundas tedas execratæ posthuma fide maritalem memoriam illustrent.

Progressu tamen ætatis è thalamorum penetralibus in medium prosiliens, inter Connubia palam versari, & in placitum morem invalescere; donec Principibus non invisa, paulatim devolutionis jus

in

in Brabantia constituit. Hujus igitur ope ad filios stabilia defuncti patris bona devolvuntur: neque distrahi à vivente possunt. Hinc si novas repeteret nuptias, novi, quos susciperet, filii omnibus bonis ammoventur; utriusque sexus primi lecti soboli jam addictis.

Rigida lex, & quæ ferè in crudelem abit; ut quæ denudatis masculis, eminas induat. procul à Romanis in polygamiæ, & in continentiæ odium expulsa.

Lex tamen ista, quæ non à summa providentia Principum orta, non ubique floret Brabantiæ, non cunctas Belgii provincias pervadit; illustrioribus adhuc familiis ignota. Parenti igitur, ut mos est in fidei commissis, devolutæ facultatis administratio, immò & proventus, proprietasq; conceditur; quæ tunc viribus totis viget, cum sibi filiis superesse contingit. Inanis interim, & nuda civilis quædam illis remanent proprietas: certa videlicet, solaque spes adipiscendæ, patre defuncto, facultatis. Quia verò devolutio hoc tantum agit, ut primi

lecti filiis intactam successionem præstet; ab ipsa successione plurimum differt; quamvis significationis affinitas imperitos sæpè decipiat.

Genitori vivente succedere nemini datum. Succesor quippe defuncti, personam cui succedit, refert. Qui veró succedit illico hereditatem assequitur; distrahere potest; servatâ, quod pater conflasset, æris alieni solvendi necessitate. Devolutioni incongrua cuncta. Hæc, vivente patre, contingit in usum filii; conditionibus semper adstricta. Dominij, administrationis, prosodi, & proprietatis exors, nulla obærati patris debita retribuēdi obligatione detenta. Tribunalibus ideo Brabantiæ, a ac Ordinibus decernentibus, devolutio à successione discernitur; ac in patris persona dominium, & devolutæ facultatis proprietas continuatur.

a *Io. Vvamesius prim. Professor Lovanij. Præses Everardus Peckius. Kintscotius. Stoxmannius.*

Ab harum consuetudinum asperitate mitiora quædam ingenia dissensere; & cum licere sibi facultatem, nullo prolis damno, distribuēdi cognoscerent; duplici fuga ab earum laqueis evasere. Sive in nup-

tiali

tiali chyrographo clauſulam, quæ viri huic derogaret, inſerendo, liberam ſibi de ſubſtantiis conferendis poteſtatem faciẽtes: ſive nupta, peracto connubio, vendendi prædij viro linqueret arbitrium, quotieſcumque mors maritale vitæ fædus diſsolveret. Vnde nullus erit tam rudis in Brabantia Tabellio, qui teſtamenta conſcribendo, ignoret conjugum morientium uſum; quo vir in libertatem reſtitutus, bona conditioni filiorum deſervientia poſſit alienare: cum pro certo habeatur, nullam alibi parentum, quã in felicitate filiorum ſitam eſse diligentiam. Ceſſio quidem iſta, conſueta veluti, & familiaris teſtamentorum pactio, non ſolum juriſperitorum auctoritate recipitur; verum etiam civili conſenſione fulta, coaleſcit in dies. a Quippe quam tùm communi uſus frequentia ſæpiſſimè repetitam, cum Pekii, & prę́ſidis Everardi ſententiis promulgatam, ipſa potuerunt jam fori ſcamna didiciſse.

a Peckius de Teſtam. Conjugum l. 1. c. 53. P. Everardus Conſ. l. 12.

Præterea, ne devoluta in feminas aliquando bona nimiam è paterna

voluta in masculos bona pater ipse dispenset: seu vendere moliatur: seu abstracta solum primi legitimâ, in secundi Conjugii filios cætera distribuere. Quod enim culpabitur nefas, si natorum contentus animus, utilitatibus devolutionis suæ sepositis, acquiescit? Quid fraudis inveniet oculata nimiũ Gallorum invidia, si & edocuit Natura, & lex universa permisit, rei nostræ custodiam, & negligentiam a nostra voluntate pendere? Si sapientum vox una consonat, non solum legitimæ, verum a etiam cujuscumque hereditatis Cessionem in arbitrio filiorum esse ponendam? Non est igitur illa constans, & æterna, ut Fatorum necessitas, ferrea nimis, & aspera Brabantiæ devolutio. Nuptiarum pacta, nuptorum consensus, testamentorum jussa, cessio denique filiorum in hoc parentes constituũt; ut illis bona sua, jure a Natura comparato, disponere; ad secundi connubij natos prospicere; familiæque incolumitati desudare fas sit. Sed dolosa, quæ diximus, esse putemus omnia; quam tamen suis sibi vendicat

a *Decius. Consf.687. Alci.consf. 79. quæst. 7. Couar. p.3 §.3.*

dicat irridendis queſtibus, aut fidé, aut quæſtum. Suo ſanè ſtent robore Ceſsio Principis, & Excluſio, ſui Patris, atque Conjugis juramento ſancitæ; non enim opus devolutione erit. Nam, etiam ſi viliori plebeculæ dominetur, ad Belgicos attamen erigi Principatus indecorus mos iſte non audet. Quare nullo firmiori jure Regina Chriſtianiſs. ad Brabantiæ ditionem anhelat, quam ad ipſum Caſtellæ ſolium, quod Philippi Regis filius, ac Reginæ Frater candidis nunc avibus implet.

CAP. IV.

An Brabantia, & adjacentia Dominia devolutioni ſubiaceant; & an filiæ primorum ſponſalium ortos in ſecundis nuptijs maſculo e ſolio deturbent.

HOc non tantum affirmat, ſed auctoritatibus, rationibus, ac exemplis munire laborat: quibus ingruens, tria veluti ádamantina ſpicula in hoſtem torquet; cùm tamen ipſo aeris attritu retuſa ceci-

ciderint, vitro fragiliora. Vt igitur illustrata legum qualitas, & validitas in meridiem erumpat; à Brabantia juvat, tanquam à capite Belgicarum provinciarum, ordiri. Adnotandum itaque, esse hanc partim Romani Imperij feudum; sui juris partim, & ingenitâ autonomiâ liberam; quod è scriptis patet antiquis, præcipuè verò ex Augustana *Transactione* ab Imperio, & Belgio traductâ. Quatenus ergo ab Imperio dependet, non ultra sanctionum,& pactionum legem onerari potest. Quatenus verò sibi ipsi sit domina; per se tantum leges condit, ac in populorum consuetudinem suammet potestatem extendit. Humiles sanè mulierum animos à Solio detrusit antiquitas; in quem, si, viris deficientibus, Hẽricus Rex Romanorum illas aliquãdo reposuit; id necessitate potius, quàm ordine recto successionis cõtigisse liquet. Numquam enim viro mulier anteposita, neque à plebe ad Principes unquam evoluta devolutio. Tu vero leges, feudales, ac Interpretes in aciem struis,& domi-

num cum ſervis, privatos cum principe collatos, eâdem dirigi devolutione in Brabantia eique adnexis ditionibus inquis: communibus enim utuntur cum vulgo non ſolū principes provinciæ decretis, ſed etiam uſuros, addito juramento, in ipſo principatus initio pollicentur.

Inſuper minores, maximumque feudum æquam ſortem ſubire; ortâque de maximo contentione; ad minorum judicia confugi; indeque ad devolutionem. Sic Brabantiam decreviſſe, ſic Pariſiorum Curiā; a ſic Molynæum, ſic Pragmaticorum turbam ſenſiſſe. a

a *Molin. tit. Feud.* 12. *quæſt.* 20. & 85.

Sæpe tenebras in ſui perniciem offundere ſepiam vidimus: ab ipſis enim latibulis indicata ſuamet decipitur arte. Quoſdam Brabantiæ feudos, tenet devolutio. Ducatus ipſe utiq; cum nō ſit feudus; niſi qua legibus quibuſdam circulo Imperii adnectitur; devolutionem ignorat.

Improbent ipſæ, improbent quātumvis leges, ſecundaſque nuptias inſectentur: non ita quidem, cum repetita filium peperere connubia, qui vota populorum expleat. O quo-

quoties in alienas manus pervenisset Brabantia si principes secundo in thalamo non quæsijssent hæredem? Scilicet etsi vulgo laudabilis, indigna viro Principe consuetudo, quem non instaurata libido, non molesta viduitas in novas nuptias impellit. Quin etiam quæ privatas maximè decet formula, Regnatricem illa minime decet familiam. Fundorum illa, & feudorum mentionem facit, quæ *tutelari Curiæ* subiiciuntur. Honores illi, vectigalia, & populi principibus Sacramentum dictum usu sæpenumero veniunt; tributa præterea Principi debita, alienationes, donationes; permutationum à Curia, testamentorum à Principe captanda facultas. Quid plura? *Si homo, si mulier, si pueri* termini quidam sunt, intra quos versatur consuetudo. Summæ denique dignitati nullus erit aptandi plebejas hasce formulas modus, quarum eloquutio agreste quiddã, & populare sonat. Atque etiam Auctores dixisse quamplurimos accepi; in iisdem, quas sanciunt, tabulis, principes immutandæ sibi, inno-

vandæque devolutionis arbitrium reservare. Quin esse Grudii invenies, & in Brabantiæ consuetudinibus conscriptum *sine regij juris præjuditio, & auctoritatis*, & in Brabantiæ aliarumque provinciarum moribus à rege probatis, *sine præjudicio juris, & auctoritatis nostræ*.

Traduntur & alia in feudorum divisione præcepta, quoties filios in concordiam excitare pater ante mortem cupiat; quæ prorsus indigna forent, ac in Principatibus inhonesta. Tertia pars hereditatis obtingere primogenito; reliquæ duæ cæteris fratribus æque dividi solent. Sic articulo xxj. Brabantiâ jubente. Sed quis tam peritus Belgicę perscrutator historię, aut Principatus in frusta deduxisse fratres inveniet; aut primogenitum tripartitâ sectione cum fratribus, & sororibus divisisse? Solus semper, & unicus hæres, nullo diuidendi, possidendive pacto, fratribus honestâ sorte dimissis, dominatur. Neque unum in memoriam restituas Ioannem Bohemum, quem, etsi belli sors, armorumque exitus in Braban-

bantiam induxerat, Iustitiæ, Deique manus male mulctatum rejecit.

Is Margarita a Ioannis primi Brabantiæ Ducis filia, Henricoque Cæsare ortus, anno 1236 Bruxellis convocato Concilio; Brabantiæ partem, ut pote Matri debitam à Ioanne Tertio popoſcit. Cui reſpondiſſe Cancellarium legimus, iniquã ſibi viſam eſſe, ſuoque Duci petitionem; cum, donec ullus ſupereſſet è maſculis, nulla poterat femina in ſucceſſionem admitti: Iura tamen utriuſque provinciæ magiſtratibus explananda æquo animo expoſiturum. Hinc furore Bohemus percitus, cauſſam à jure deſertam, armis commiſit; ea prorſus immanitate Brabantiam depopulatus, quæ hodie a Gallos felices æmulos, atque laudatores habet.

a Io. Bohem. Rex, qui Henr. Imper. a Margarita filia Io. I. Ducis Brabantiæ prodierat, Bruxellã venit, ubi in cõſiliũ Ducis admiſſus, partem ſibi Brabãtiæ deberi pedam aſſeruit. Cui per Rogeriũ a Ledſilia Cancellarium reſponſum eſt, Iniquam Duci Proceribusque videri Regis poſtulationem: cum id ab omni penè memoria inter Brabantinos obſervatum ſit, ne maſculo ſuperſtite, feminæ in Ducatus ſucceſſione Ius detur. Porrò offerre Ducem, ut Procerum Brabantiæ, ac Iuriſprudentum ſentẽtiæ ea de re mors geratur. &c. *Divius Rey Brabanticarum l, 14.*

Turpiſſimum igitur eſt, Principem

pem ſubjectis inclinari moribus, legemque vulgarem amplecti, quā populorum patitur beneficio. Devolutionem autem a Bruxellis, Antverpia, Nivellâ, ultraque Moſam tractu deſpectam; hanc ipſam exulem, fugientem recipiet univerſa Provincia; hanc alet furtim, invito Principe, Principatus dignitas imminuta? Quis autem contra cōmunem legem erigere morem cōfidat, cui nec plebs univerſa pareat, nec æquale undique famuletur obſequium? qui locorum, villarumque ſtudiis innixus, principe tamen deſtitutus, elabatur?

Atqui ſi devolutionis, & ſucceſſionis attendere diligentius finem volumus; diſſimilem utrumque cernemus, & omnino contrarium. Matrimonium primum fulcit devolutio, ſecundum opprimit; ut parentum puniat libidinem, bonaque, & privignorum vitam novercalibus odiis eripiat. Quæ quidem omnia publico bono, & ſucceſſioni Principum adverſantur; cujus potiſſima ratio, & ſtudium eſt imperantem ſervare familiam; ut in publici

boni

boni utilitatem, populorumque salutem regius ipse ſtipes in longũ propagetur; ac ſi fieri licet, perennet: cui pluralitatem uxorum maximè conducere; contra pugnare infenſiſſimè devolutionem quis negat? quæ priores è primo thalamo filias, quaſi manu in thronum ducens, ſceptra non modo in peregrinos traduceret; ſed civilibus excitatis armis, quietem populorum ingenti calamitate turbaret.

Qui tamen Principes hujus moris tyrannidi ſubiicere arbitraretur; oſtendere, ut Molinæus ſcripſit, ante omnia cogeretur, nullam ab inſtitutionibus imperatoriis aut ab uſu dominatricis familiæ Principatibus impoſitam eſſe normam, quæ ad ſucceſſionem pertineret. Si tamen is Aſſertori eſſet animus, ut Brabantiam legibus ſucceſſionis immunem redderet; nobis is eſſet, ut non populi, ſed Regis Hiſpanici munus eſſe oſtenderemus, regiis inſtitutis, non plebejo abuſu, moderari Provinciam.

Sed non hic eſt aut inniti animo locus, aut ſtudio contendere; cùm

Im-

Imperatores, & liberi Brabantiæ Duces, populique omnes successionem sic in Belgicis fundavere provinciis, ut operæ non sit pretium cum dissentiente colluctari. Sed quia fabulosa plerumque deveneratur ignavissimum vulgus, prodeat in scenam illustrata Veritas, cujus radiis detectum, suas ipsum fœditates mendacium horreat.

Anno 1204. Coblensij, ubi Principum congregata Comitia, talem Brabantię Ducum gratiâ, legem tulit Philippus Romanorum Imperator.

Insuper regiâ nostrâ auctoritate statuimus, & memorato Duci concedimus, ut filiæ suæ, si masculum non habuerit, in feudis suis liberè ei, tanquam masculi succedant.

Nulla igitur antea, nisi lex illa crudelis Principatibus usu venerat, quæ feminas penitus excludebat; pro quâ delendâ ad Cæsaris auctoritatem itum: ut, interitu saltem masculorum, extolleretur feminarum successio. At quæ tandem imprimitur priscis legibus ab hoc privilegio nota? mulieres, si viri non

ad-

adſint, tantum admitti. Nunc autem quanti temporibus illis æſtimabatur devolutio dicat Adverſarius. At ſi forte inſiſtat, devolutionẽ non illis ſeculis viguiſſe, ſed exinde recollecto veluti ſpiritu, & auctoritate, Principes etjam in ſui obſequium traxiſſe; ſciat, cum Belgii Principatibus de ſucceſsione lex adſit, huic non vulgari conſuetudini eſſe in dubiis confugiendum. Ordinem profectò Naturæ perverteret ſi quis in Regnorum, ac Principatuum ſucceſsione feminam viro anteferret, fratrique ſororem; dum ex univerſo hominum conſenſu legeque gentium ubique recepta vir ad Imperium naſcitur, & in ſequiorem ſexum, cujus eſt robuſtiori parendi officium, ſua jura extendit. Licet ideo filia ſit natu maior, & ex priori thalamo orta, maſculis tamen obſtantibus, ad ſolium evehi non poteſt. Ordo enim Naturæ, Gentium jus, antiqua Regnorum Decreta, Imperatoriæ Leges, & regalis familiæ intemerata conſuetudo ſtatuere, à maribus quinto etiam matrimonio natos, femi-

minas, & si primogenitas, excludi: nullam prorsus injuriam, licet in posteriori gradu collocatis, inferri.

Atqui, subdit Gallus, Brabantia Devolutioni succumbit, à quà majores natu filiæ junioribus masculis præferuntur. Omnia in privatis successionibus admitto. Secus in publicis, inter quas idem, quod inter formicam, & elephantem discrimen vertit. Si plura quæris Arnisæum consule. a

Politicus ab œconomico; publicus à privato plurimum distat. Fæmella namque excluso secundi lecti masculo, prius regit, atque administrat; inde bona, & prædia in aliam domum traducit; privata dumtaxat turbando. Quàm damnab le, atque exitiosum in magna Principatuum successione mulieré ad reipub. clavum sedentem, detruso masculo, pati; à quo populorum salus, Imperii dignitas, & glo-

a Femina etiam major natu in successione indivisibili excluditur à masculo: & existente masculo, redigitur ad instar secundi gradus. Et licet in priuatis hereditatibus aliud jus obtineat, & æquales portiones femellas cum masculis auferre patiamur, an inde licet progredi, ad successionem in Rebus Politicis? & publica exigere ad leges privatorum, &c. *H. Arnisæus de Iure Majest. Cap. 2. §. 12.*

gloria validiori mente tutari; belli, pacisque negotia robuſtiori manu tractari poſsunt. a Tandem, nubente femina, ecce dominium in alienigenas fertur. Repentina fit morum, legumque mutatio; quæ pub. bono corrupto, populis, ut Magerus cenſet, exitium affert.

Pleno itaque ſapientũ b conſenſu ſtatuit Arniſæus, e jure gentium eſſe, feminas jure quocumque in Regnorum ſucceſsionibus, ſi mares adſint nõ admitti. Humana, & Divina Lex ſolio ſẽper mulieres prohibuit; c quas ſummus opifex Deus, eiuſq; vicem in humanis gerentes, hominis arbitrio ſubiecere. Neque ulla cõſuetudine, aut lege maribus ex eodẽ genitore vivẽtibus, in Prin- Prin-

a Ne alienis, ac peregrinis dominis clientes, & ſubditi ſubiiciantur, maximè Reip. intereſt. Fit enim mutatis dominis ex diverſarum gẽtium cõmixtione corruptio morum, & mutatio legũ, quod nihil periculoſius Civitatibus. Quid, quod lugubre eſt, & deplorandum, nõ ipſis modo ſubditis, ſed & dominis, videre homines ſuos, eorumque bona, ac prædia in poteſtatẽ tranſire externã *Martin. Mager. C. 15. n. 45.*

b Ius in omnibus gentibus inde uſque a primordijs regnorum invaluit, ut quantumvis ſucceſſionis jure utantur, ad filias tamen Reip. gubernacula non devolvantur, quandiu mares non ſuperſint. *Henvingus Arniſæus de Iure Majeſt. c. 2. §. 4.*

d *Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tui. Gen. c. 3. l. Femina de reg. l. cum Prætor. l. 1. de Poſtulan.*

cipatuum successione ingredi sinit. quà igitur ignaviæ notâ Brabantiæ Principes summam sibi fortunam passi essent à populi consuetudine, quasi compedibus, devinciri! Stupor hìc me totum occupat considerantem, quod, cum privatis mos insit in nuptiali chirographo, in contractibus domesticis, ac in Testamentis de Consuetudinis derogatione cum uxoribus pacisci, quæ communia bona in ipsarum filios devolvit; Principes, si bona fuissent Devolutioni obnoxia, rem tantam neglexerint: ommissis exceptionibus, ut masculis successionem intactam e quovis lecto prodirent, servarent. Quî nàm percipi potest, Principes tanto studio masculorum successionem curantes, subsidia, quibus, amotis fœminis, fulcirentur, transmisisse.

Nulla Romanos animos altius penetravit indignitas, quàm cum Heliogaboli matrem Senatus, & si non suffragia ferentem, sed femineâ petulantiâ tanto conspectu satiantem, aspexit. Idcirco si inter quot flagitia semivir ille admisit, omino-

sior hæc visa; muliercula scilicet amplissimi ordinis sellis irrepta; quid si fratre deturbato, femina ad Principatus eveheretur fastigium? Summus arbiter Deus inter privatos tantum, & masculis præreptis, hereditatem feminis cōcessit; dummodo proximiori consanguineo ex Tribu sua nupsissent. Hanc Legem, vt a Demosthenes asserit, æmulati sunt Græci: quibus consuetudo invaluerat feminas hereditate opulentiores, viro arctiori sibi necessitudine obstricto conjungi.

a *Demost. in Bæotos.*

Iure igitur optimo mulieres a pub. administratione Belgium arcuit, fratribus, vel nepotibus viventibus; idque antiquissimâ lege cautum; Decreto insuper Phil. Rom. Regis, & Consuetudine Principatus, qui non modo divisionem, aut distrationem pati jure Gentium potest; sed & Feudorum illustrium divisionem minimè tolerat, quæ regiæ dignitates appellantur: quod pro lege constantissima Federicus Imp. habuit, scribens.

b *Ducatus, Marchia, & Comitatus de cætero non dividantur; aliud*

b *Inserta in c. unic. §. Præterea, de prohibenda Feudi alienatione.*

autem feudum, si consortes voluerint dividantur.

Belgicarum legum robur, & Federici Constitutiones Carolus V. abundè instauravit, lege lata, quâ Assertoris nostri machinamenta dissolvuntur. Augustissimus hic Princeps, ortu Belga decem, ac septem Provincias in regni nomen cogere diù molitus; patriæ & regiminis commoda spectans; difficultates postremò, quæ insurgebant, laboriosum complanare ratus; privilegiorum, atque consuetudinum inter se quandoque colluctantium obstante diversitate; tædio an majoribus curis evocatus, infectum negotium omisit: tales enim cum essent, sub eâdem legum, ac regiminis normà cogi durum videbatur.

Caroli tamen sapientia Provinciarum votis arrisit; illas saltem inseparabili nexu jungendo, *Repræsentationis* jure statuto; quò feminis, dummodo masculi desiderarentur, successionem permisit. Anno igitur 1549. Ordinibus accitis, ac eorum exauditis precibus, *Pragmaticam* Legem sancivit, quam à Pro-

Provinciis receptam, ab Ordinibus approbatam, quâ parte res nostra postulat, adiiciam.

Auctoritate nostra, & de plenitudine potestatis decernimus, & declaramus hoc nostro Edicto Cæsareo perpetuo, quod in nostro Dominio Geldriæ, & Zuthphaniæ Comitatu, sicut & in cæteris nostris Provincijs patrimonialibus, ac hereditarijs, deinceps omni & quocumque tempore Feminæ, nou extantibus masculis heredibus, succedere possint, ac debeant.

At si devolutio, Imperatoria popotestate validius prò feminis de Provinciis decernebat; quæ iniquitas, feminas, ea conditione, si masculi non extent, excludere; dum etiam maribus secundi tori obstantibus, à primo lecto procreatis feminis sceptrum permittitur? Carolus congeriem, & inseparabilem è Provinciis efformavit *massam;* quāvis moribus, & legibus discreparent, nullius tamen earumdem veteri forma, statuq; inverso. *In Pragmatica* verò sic legitur.

Exoptans super omnia Bono consulere,

ſulere, quieti, ac tranquillitati noſtrarum Regionum,& eas in maſſam redigere,ad hoc,ut inſeparabiliter ab unico Principe poſſideantur.

Hic Aſſertor, qui Veritatem inſidiis adortus,in magni Cęſaris nomen, & acta velitantibus, & ferentariis verbis invehitur; excogitata quædam, & inania figmenta effutire audens,

Tentaſſe ait *Carolum è Provincijs maſſam effingere: ſed Ordinibus repugnantibus, fruſtra manum admoviſſe. In Pragmaticâ verò ob jus Repræſentationis decretâ, nec verbum quidem reperiri, quod de Provinciarum conjunctione loquatur. ut Grotius meminit.*

Neque Aſſertor, neque Grotius, neque mortalium quiſpiam contra illa affirmare poteſt,quæ Reges,populorum conſenſus, atque Ordinũ ſtatuére ſuffragia. Sicut enim Grotius ipſe rem hanc minime indicat; de Adminiſtrationis mutatione loquutus, quam Carolus regnum cõflaturus moliebatur; ita mendacia planè ſtruit Adverſarius: à quorum pœnâ indulgentiâ tamen noſtrâ eximitur,

mitur, qui in ſapienti, atque ornato viro caliginem miſeremur, quàm ſuæ partis cæcus amor, & dira dominandi libido ſuiſmet oculis obduxit. Quid tandem verba illa ſignificant,

Cupiens maſſam in illis efformare ut inſeparabiles exiſtant?

Cupere hìc imperfectionis vocem non ſonat, ſed Cæſaris intentionem explicat, quam à corde pub. quietis avido proſilire demonſtrat: ideoque non poſtulat ille, non inſtat, ut ſuamet vota expleantur; verum ad populorum deſideria reſpõdet, atque precibus indulget. Hæc igitur clauſula origo eſt, & fundamentum quorumcumque in *Pragmatica* illa continentur; quæ unicũ Provinciis dominum (vnicum Cæſaris & populi ſtudium) aſsignât; & a quà hic edictæ Conjunctionis effectus emanat: marem, ſcilicet, perpetuò conditionem patris referre: quò tantum erepto, feminæ locum dari. Proſequitur inde

Cum Provinciæ efflagitarint, ut prædictam legem feremus (cauſſam videlicet, & illorum qui ſequuntur

k *effe-*

effectuum originem) Decernimus, atque sancimus, in omnibus dictis nostris Regionibus repræsentationem admitti posse, quo ad successionem Principum masculorum, aut feminarũ successionis capacium spectat.

Effectum non negavit, Caussam negat Assertor. At si Provinciæ in unum corpus non coiverè, nec individuâ unitate vigẽt; quomodo unicus, qui patrem referat, Princeps illas regat; dum in earum nonnullis proximiores rectæ lineæ feminæ, collateralis lineæ masculos eiciebant? in Brabantia ergo regnasset Principis defuncti frater, & alibi Principis eiusdem filia? Inductum itaque jus ad praxim redigere quis potuisset? Quod verò fuerit avidissimè receptum à populis, constantissimè à Principibus effultum; instrumentum illud testetur, quo Philippus II, Isabellæ filiæ Belgium elargitus, *Pragmaticam sanctionem* Caroli parentis committit inviolabiliter servandam; quâ Provinciam vetatur disjunctio. Vlterius alia extat Caroli Cæs. Constitutio anni 1549.

Ea-

Eædem Provinciæ nostræ in vna Massa Repræsentationis beneficio, serventur: nec amplius ad invicem separentur; & subinde. *Id, quod antea à Statibus Geldriæ petitum.*

An credendum tunc Ordines à Carolo, Principum solertissimo, accitos latuisse, in hoc fore potissimū incumbendum; ut si in his Provinciis *Repræsentationis* jus vigeret, secus in istis; inseparabili tamen vinculo conjungerentur: & ab hoc sacro veluti necessitudinis nexu, pax alta, & quies longa prodirent? Insuper. Si Provinciæ, etiam regnatricis familiæ jure, Devolutioni subjacebant in Brabantia; non verò in Hannonia, in Namurio, nec in Lucemburgo, Geldria, & Flandria; liquet manifestè, uno, & eodem tempore primi tori filiam Brabantiæ, Geldriæ, Namurio, & similibus imperasse: & secundi lecti marem in Hannonia, Lucemburgo, Flandria, cæterisque *Repræsentationis* titulo successisse.

Gemini igitur Principes diuersi sexu eâdem die Provincias rexissent. Sed cùm ab adytis Principum

Devolutionis nomen ſit procul; cumque Caroli V. *Pragmatica* cuicumque Conſuetudini prævaleat; populiſque acclamantibus evulgata, Philippi etiam Rom. regis Permiſsioni reſpondeat (quâ in Principatum feminæ, ſi mares non adſint, admittuntur; en ſub unico Principe inſeparabiliter coactas Provincias; & en diſiectum Harpiarum atrocem illum nimbum ab adverſario noſtro inſtigatum; quæ ut Brabantiam ab infantili Caroli II. gremio eriperent, teterrimo ſtridore, & ingenti pennarum inter ſe colliſarum ſonitu totius Europæ aures obtundebant. Obſtricti nihilominus oris vicem gerit index Aſſertoris digitus, quo libri ſui marginem Belgicorum ſcriptorum auctoritatibus munitum oſtentat; à quibus ore rotundo everſæ devolutionis validitas redintegratur. At illum paucis expediam; cum ipſi nihil ad rem. kintſcotius, Burxenus, Chriſtineus, Sandæus, cęteriq; hic Devolutionis materiã non pertractant; verũ de Privilegiorum in Provincijs perpetuitatis Vadimonio; ne ulterius

Prin-

Principis arbitrio in deterius immutentur. Cæterum morem hunc localem, ex Auctorum censuisse quemquam fore a stirpe regnatrice servandum; suum munus erit ostendere; tempus verò ad novissimum usque diem comperendino. Quid ergo poterant Ordines in Devolutionis præsidium obtestari, si a Principatuum successione longissimè aberat? Exclamat ipse, atque ad exempla provocat, ac inducit a *Ab antiquo in Belgio Devolutionem viguiße; remque ab Imperatoribus plerumq; judicatam: & à Carolo V. & à Philippo II. & IV. apprimè firmatam.*

Utatur tamen & hic potentiâ nostrâ; sitque nobis iræ, si non illi verecundiæ modus. Miramur sanè in tam aperta mendacia sanum hominem erumpere, Butkeno duce: qui

a Henr. D. G. Rom. Imp. sēper Aug. Omnibus ad quos scriptum pervenerit gratiam suam & omne bonum. Non facimus, quod ad Henricus major filius illustris princ. Ducis Lotharing Matrem habuerit, & illa sit mortua, per sententiam Principum in Curia nostra est judicatum quod si idē dux de bonis quæ possidet, alienaret, vel in manus vellet alienas transferre, dictus Henricus se, de iisdem bonis possit intromittere, & occupare licenter ad usus suos, & venire. Dat. Fridbugii Anno gratiæ. *Butkenus in Troph. Brabant. fol. 78.*

cipatuum ſucceſſione ingredi ſinit. quâ igitur ignaviæ notâ Brabantiæ Principes ſummam ſibi fortunam paſſi eſſent à populi conſuetudine, quaſi compedibus, devinciri! Stupor hìc me totum occupat conſiderantem, quod, cum privatis mos inſit in nuptiali chirographo, in contractibus domeſticis, ac in Teſtamentis de Conſuetudinis derogatione cum uxoribus paciſci, quæ communia bona in ipſarum filios devolvit; Principes, ſi bona fuiſſent Devolutioni obnoxia, rem tantam neglexerint: ommiſſis exceptionibus, ut maſculis ſucceſſionem intactam e quovis lecto prodirent, ſervarent. Quî nàm percipi poteſt, Principes tanto ſtudio maſculorum ſucceſſionem curantes, ſubſidia, quibus, amotis fœminis, fulcirentur, tranſmiſiſſe.

Nulla Romanos animos altius penetravit indignitas, quàm cum Heliogaboli matrem Senatus, & ſi non ſuffragia ferentem, ſed femineâ petulantiâ tanto conſpectu ſatiantem, aſpexit. Idcirco ſi inter quot flagitia ſemivir ille admiſit, omino-

ſior

ſior hæc viſa; muliercula ſcilicet ampliſſimi ordinis ſellis irrepta; quid ſi fratre deturbato, femina ad Principatus eveheretur faſtigium? Summus arbiter Deus inter privatos tantum, & maſculis præreptis, hereditatem feminis cõceſſit; dummodo proximiori conſanguineo ex Tribu ſua nupſiſſent. Hanc Legem, vt a Demoſthenes aſſerit, æmulati ſunt Græci: quibus conſuetudo invaluerat feminas hereditate opulentiores, viro arctiori ſibi neceſſitudine obſtricto conjungi.

a *Demoſt. in Baotos.*

Iure igitur optimo mulieres a pub. adminiſtratione Belgium arcuit, fratribus, vel nepotibus viventibus; idque antiquiſſimâ lege cautum; Decreto inſuper Phil. Rom. Regis, & Conſuetudine Principatus, qui non modo diviſionem, aut diſtrationem pati jure Gentium poteſt; ſed & Feudorum illuſtrium diviſionem minimè tolerat, quæ regiæ dignitates appellantur: quod b pro lege conſtantiſſima Federicus Imp. habuit, ſcribens.

b *Ducatus, Marchia, & Comitatus de cætero non dividantur; aliud* au-

b *Inſerta in c. unic. §. Preterea, de prohibenda Feudi alienatione.*

autem feudum, si consortes voluerint dividantur.

Belgicarum legum robur, & Federici Constitutiones Carolus V. abundè instauravit, lege lata, quâ Assertoris nostri machinamenta dissolvuntur. Augustissimus hic Princeps, ortu Belga decem, ac septem Provincias in regni nomen cogere diù molitus; patriæ & regiminis commoda spectans; difficultates postremò, quæ insurgebant, laboriosum complanare ratus; privilegiorum, atque consuetudinum inter se quandoque colluctantium obstante diversitate; tædio an majoribus curis evocatus, infectum negotium omisit: tales enim cum essent, sub eâdem legum, ac regiminis normâ cogi durum videbatur.

Caroli tamen sapientia Provinciarum votis arrisit; illas saltem inseparabili nexu jungendo, *Repræsentationis* jure statuto; quò feminis, dummodo masculi desiderarentur, successionem permisit. Anno igitur 1549. Ordinibus accitis, ac eorum exauditis precibus, *Pragmaticam* Legem sancivit, quam à Pro-

Provinciis receptam, ab Ordinibus approbatam, quâ parte res nostra postulat, adiiciam.

Auctoritate nostra, & de plenitudine potestatis decernimus, & declaramus hoc nostro Edicto Cæsareo perpetuo, quod in nostro Dominio Geldriæ, & Zuthphaniæ Comitatu, sicut & in cæteris nostris Provincijs patrimonialibus, ac hereditarijs, deinceps omni & quocumque tempore Feminæ, non extantibus masculis heredibus, succedere possint, ac debeant.

At si devolutio, Imperatoria popotestate validius prò feminis de Provinciis decernebat; quæ iniquitas, feminas, ea conditione, si masculi non extent, excludere; dum etiam maribus secundi tori obstantibus, à primo lecto procreatis feminis sceptrum permittitur? Carolus congeriem, & inseparabilem è Provinciis efformavit *massam;* quāvis moribus, & legibus discreparent, nullius tamen earumdem veteri forma, statuq; inverso. *In Pragmatica* verò sic legitur.

Exoptans super omnia Bono consulere,

ſulere, quieti, ac tranquillitati noſtrarum Regionum, & eas in maſſam redigere, ad hoc, ut inſeparabiliter ab unico Principe poſſideantur.

Hic Aſſertor, qui Veritatem inſidiis adortus, in magni Cęſaris nomen, & acta velitantibus, & ferentariis verbis invehitur; excogitata quædam, & inania figmenta effutire audens,

Tentaſſe ait *Carolam è Provincijs maſſam effingere: ſed Ordinibus repugnantibus, fruſtra manum admoviſſe. In Pragmaticâ verò ob jus Repræſentationis decretâ, nec verbum quidem reperiri, quod de Provinciarum conjunctione loquatur. ut Grotius meminit.*

Neque Aſſertor, neque Grotius, neque mortalium quiſpiam contra illa affirmare poteſt, quæ Reges, populorum conſenſus, atque Ordinũ ſtatuére ſuffragia. Sicut enim Grotius ipſe rem hanc minime indicat; de Adminiſtrationis mutatione loquutus, quam Carolus regnum cóflaturus moliebatur; ita mendacia planè ſtruit Adverſarius: à quorum pœnâ indulgentiâ tamen noſtrâ eximitur,

mitur, qui in ſapienti, atque ornato viro caliginem miſeremur, quàm ſuæ partis cæcus amor, & dira dominandi libido ſuiſmet oculis obduxit. Quid tandem verba illa ſignificant,

Cupiens maſſam in illis efformare ut inſeparabiles exiſtant?

Cupere hìc imperfectionis vocem non ſonat, ſed Cæſaris intentionem explicat, quam à corde pub. quietis avido proſilire demonſtrat: ideoque non poſtulat ille, non inſtat, ut ſuamet vota expleantur; verum ad populorum deſideria reſpõdet, atque precibus indulget. Hæc igitur clauſula origo eſt, & fundamentum quorumcumque in *Pragmatica* illa continentur; quæ unicũ Provinciis dominum (vnicum Cæſaris & populi ſtudium) aſsignât; & a quà hic edictæ Conjunctionis effectus emanat: marem, ſcilicet, perpetuò conditionem patris referre: quò tantum erepto, feminæ locum dari. Proſequitur inde

Cum Provinciæ efflagitarint, ut prædictam legem feremus (cauſſam videlicet, & illorum qui ſequuntur

effectuum originem) Decernimus, atque sancimus, in omnibus dictis nostris Regionibus representationem admitti posse, quo ad successionem Principum masculorum, aut feminarũ successionis capacium spectat.

Effectum non negavit, Caussam negat Assertor. At si Provinciæ in unum corpus non coiverè, nec individuâ unitate vigēt; quomodo unicus, qui patrem referat, Princeps illas regat; dum in earum nonnullis proximiores rectæ lineæ feminæ, collateralis lineæ masculos eiciebant? in Brabantia ergo regnasset Principis defuncti frater, & alibi Principis eiusdem filia? Inductum itaque jus ad praxim redigere quis potuisset? Quod verò fuerit avidissimè receptum à populis, constantissimè à Principibus effultum; instrumentum illud testetur, quo Philippus II, Isabellæ filiæ Belgium elargitus, *Pragmaticam sanctionem* Caroli parentis committit inviolabiliter servandam; quâ Provinciam vetatur disjunctio. Vlterius alia extat Caroli Cæs. Constitutio anni 1549.

Ex-

Eædem Provinciæ nostræ in vna Massa Repræsentationis beneficio, serventur: nec amplius ad invicem separentur; & subinde. *Id, quod antea à Statibus Geldriæ petitum*.

An credendum tunc Ordines à Carolo, Principum solertissimo, accitos latuisse, in hoc fore potissimũ incumbendum; ut si in his Provinciis *Repræsentationis* jus vigeret, secus in istis; inseparabili tamen vinculo conjungerentur: & ab hoc sacro veluti necessitudinis nexu, pax alta, & quies longa prodirent? Insuper. Si Provinciæ, etiam regnatricis familiæ jure, Devolutioni subjacebant in Brabantia; non verò in Hannonia, in Namurio, nec in Lucemburgo, Geldria, & Flandria; liquet manifestè, uno, & eodem tempore primi tori filiam Brabantiæ, Geldriæ, Namurio, & similibus imperasse: & secundi lecti marem in Hannonia, Lucemburgo, Flandria, cæterisque *Repræsentationis* titulo successisse.

Gemini igitur Principes diuersi sexu eâdem die Provincias rexissent. Sed cùm ab adytis Principum

Devolutionis nomen ſit procul; cumque Caroli V. *Pragmatica* cuicumque Conſuetudini prævaleat; populiſque acclamantibus evulgata, Philippi etiam Rom. regis Permiſsioni reſpondeat (quâ in Principatum feminæ, ſi mares non adſint, admittuntur; en ſub unico Principe inſeparabiliter coactas Provincias; & en diſiectum Harpiarum atrocem illum nimbum ab adverſario noſtro inſtigatum; quæ ut Brabantiam ab infantili Caroli II. gremio eriperent, teterrimo ſtridore, & ingenti pennarum inter ſe colliſarum ſonitu totius Europæ aures obtundebant. Obſtricti nihilominus oris vicem gerit index Aſſertoris digitus, quo libri ſui marginem Belgicorum ſcriptorum auctoritatibus munitum oſtentat; à quibus ore rotundo everſæ devolutionis validitas redintegratur. At illum paucis expediam; cum ipſi nihil ad rem. kintſcotius, Butxenus, Chriſtineus, Sandæus, cęteriq; hic Devolutionis materiā non pertractant; verū de Privilegiorum in Provincijs perpetuitatis Vadimonio; ne ulterius

Prin-

Principis arbitrio in deterius immutentur. Cæterum morem hunc localem, ex Auctorum censuisse quemquam fore a stirpe regnatrice servandum; suum munus erit ostendere; tempus verò ad novissimum usque diem comperendino. Quid ergo poterant Ordines in Devolutionis præsidium obtestari, si a Principatuum successione longissimè aberat? Exclamat ipse, atque ad exempla provocat, ac inducit

a *Ab antiquo in Belgio Devolutionem viguisse; remque ab Imperatoribus plerumq; judicatam: & à Carolo V. & à Philippo II. & IV. apprimè firmatam.*

Utatur tamen & hic potentiâ nostrâ; sitque nobis iræ, si non illi verecundiæ modus. Miramur sanè in tam aperta mendacia sanum hominem erumpere, Butkeno duce: qui

a Henr. D. G. Rom. Imp. sēper Aug. Omnibus ad quos scriptum pervenerit gratiam suam & omne bonum. Non facimus, quod ad Henricus major filius illustris princ. Ducis Lotharing Matrem habuerit, & illa sit mortua, per sententiam Principum in Curia nostra est judicatum quod si idē dux de bonis quæ posidet, alienaret, vel in manus vellet alienas transferre, dictus Henricus se, de iisdem bonis possit intromittere, & occupare licenter ad usus suos, & venire. Dat. Fridbugii Anno gratiæ. *Butkenus in Troph. Brabant. fol.* 78.

qui in tropæis Brabantiæ Henrici Rom. Regis Decretum anno 1230. evulgatum refert.

Vitâ functa Henrici filij Lotharingiæ Ducis matre, principes Curiæ nostræ censuère, quod si idem Dux de bonis quæ possidet aliquid alienare vellet, prædictus Henricus prohibere possit; & eadem bona jure optimo occupare. Sìc ille.

Primò, Concessione illâ obstante à Philippo Rom.rege anno 1024. in antiquas Brabantiæ leges emissâ, ante viginti,& septem annos,quàm hæc ab Henrico responsio vulgaretur; nescio quî Devolutionem illam inter Principes admissam habeat Assertor, quæ mares etiam excludit; dum eodem ferè temporis momento, beneficium, quò, præreptis masculis, feminæ vocabantur, prodierat. Ad rem quæso animum revocet: ut si tempora conferat, ab Historia discrepare cognoscat. Dubia insuper sententiæ fides, immò à pluribus falsa ducitur; ubi nec Auctores classici suffragentur, nec fuerit Archivij alicujus custodiæ demandata. Veritati quippe

re-

repugnat Imperatorem illum arma, ſic in patrem vertenda, filio præbuiſſe: ni forte obtendat Adverſarius, eſſe regnandi cauſâ jus illud Naturæ Chriſtiano homini violabile, quod barbaris ipſis videretur inviolandum. Sua igitur intereſt legitimorum teſtium fulturis molẽ penſilem iſtam ſuſtinere. Hoc verò illi dono damus. Subſtantia enim Conſtitutionis ſuppoſitæ menti noſtræ non adverſatur.

A Lotharingiæ Duce de bonorũ venditione agebatur ad Henricum filium pertinentia, defunctæ matris heredem: quod ægrè ferens Henricus, ad Cæſarem provocavit; qui ſententiâ latâ, patrem cohibuit. Neque ultra ſonant ea verba. *Cum matrem habuerit, & illa ſit mortua.* Bona alioquin ſupremæ dignitati ſpectantia non erat in Ducis arbitrio contra jus pub. alicui vendere ſine populorũ conſenſu. a Ità Bellugas Hiſp. & Gallus Chopinus.

Phraſis illa verò *Si iidem Dux de bonis, quæ poſſidet aliquid alienare vellet.* Principatum non indicat, aut aliquam dominii partem; detur

a *Bellugas. ſpec. Princ Rubr.9 Chopin de DominioGal. l.2.*

licet cuiusvis tortores ingenio distinenda: unde, & si clausula ipsa desideraretur, *cum matrem habuerit, eaque sit mortua*, quæ apertè declarat, controversiam vertere circa defunctæ matris bona, ad primogenitum devenientia) nulla tamen sermonis regula inferret hìc Principatus distractionem, quem filius Devolutionis jure possidet: inhiberi sed tantum de liberis facultatibus agere; ut patrimoniales esse solent; quas à pub. dignitate discretas, jure privato Principes habent. Detur ulterius hìc de feudis, aut bonis Ducali Dominio annexis agi; & leges illorum temporum dissoluti matrimonii jure alienationem quamcunque in damnum filij vetuisse; hoc tantum in Gallicam utilitatem cederet; Principes nempe Lotharingos, vxore sublatâ, non posse invitis filiis, bona, quæ possident, distribuere. Eâ tamen esset perfrictâ fronte Adversarius, ut hinc fortasse consequens illud ridiculum educeret, viguisse tum enormem illam consuetudinem, cujus vì & filia Principatui succedit, & ex

altera

altera uxore ortos mares excludit. At à Romanorum Rege Henrico, ad Carolum Cæſarem tranſeamus; exaggerat quippe Adverſarius. *Iuſtiſſimum Principem Philippo filio, poſt uxoris obitum, Belgium devolutum promptè ceſſiſſe.* Sed argumentum iſtud Amphisbænæ inſtar capite, caudaque dentatis, quaquaverſum arripiat, auctorem commordet.

Carolus Cæſar cùm Belgium, tùm Hiſpanias filio ceſſit. Hinc igitur deducere licet, Devolutionem in Caſtellæ, atque Aragonis Regis optimum ſenem cognouiſſe. Rem illi palpabilem offero, modo animum advertat, manum admoveat. Carolus numquam excogitavit privatæ devolutionis jure locum aliquem in Belgicis ditionibus deberi; aut ſaltem Excluſionis mentionem aliquam in pragmaticis arcanis efficiendam. Hiſtoriam compendioſè intexam.

Ob Iſabellæ Luſitanæ exceſſum, Belgium Philippo II. filio Caroli Cæſ. unico devolutionis jure contigit. Sic Aſſertor. Sed Philippus

uxore superinductâ Mariâ Lusitanâ, quæ Carolum Principem enixa, fato concessit; mox Belgium amisit, in Carolum Principem devolutum. Carolus igitur hereditatis nomine Provincijs potiebatur, quæ avelli a nemine poterant. Nũc audiat, quomodo alienationis Instrumentum exactum fuerit, a quo vis tota devolutionis præsumptæ enervatur. Carolus Philippo filio Mariæ Anglorum Reginæ matrimonio conjuncto, pub. Chirographo ex illis sperandæ proli Belgij totius Dominium permisit. At quo demũ fructu; si jam devolutum erat Belgium, & Carolo Principi, heredi legitimo destinatum? Quo jure è secundo orti Liberi è primo toro natis anteferuntur? Verùm hìc ediscere licet, Carolum V, & Philippum II. sapientissimos æquè ac justissimos Principes longe à regali fastigio devolutionem exurgere curasse; quæ in privatos lares necessario; in regios, pro arbitrio recipitur. Sed ut methodus servetur, à patris ad filii Historiam transeamus.

Cum

Cum non extra seculi nostri memoriam Philippus II. Belgium Isabellæ Principi cessisset; reclamasse vehementissimè populos, jugumque detrectasse: quod quasi venum exposita mancipia pretio devolutionis addicerentur, & subinde adstruit Assertor.

Ad jus devolutionis in regnatrice familia firmandam Belgica Meterení consulatur Historia. Cum enim Philippus II. ex primo lecto Isabellam, & Catherinam, ex altero Philippum, qui regnum obtinuit suscepisset; ac quibusdam de caussis Belgium Isabellæ destinasset; jamque Donationis chirographum, ut inter Acta publica referrent, ad Provincias transmisisset; Brabantia suæ religiosa immunitatis custos, non secus ac in Principem fidei, atque obsequij servatrix, verita est, ne Isabella, cui Devolutionis jure Provinciæ spectabant; Donationis titulo, cujus tantũ erat mentio, in dominium assumeretur. Voces hinc, & scripta, non posse donationem Privilegijs officere, obtestantia; eodemque fermè tempore Juris Provinciarum periti ca-

lami, & ingenij aciem exacuere: rationibus ac exemplis jus Devolutionis fundare; & Principem, dicere, non patris liberalitate, sed loci consuetudine evectam. Itaque modus adhibitus, qui Regis jura, & loci morem conciliavit.

Pudet hic in turpi flagitio deprehensum adversarium vulgo deridendum tradere. Ad fidem ipsius Metereni appello, qui in rerum Belgicarum Hayę prolatâ Historiâ, lib. 19. pag. 412 diuersa narrat. Lectorem ad operis coronidem mitto, ubi Metereni integros sensus, summâ nobis fide, ac religione depromtos exponimus: cum brevitatis gratia modò sit per necessaria excurrendum.

Ergo Populi regẽ pro legitimo domino habebant, & proprietarium Regionum: alioquin nullos passi essent morsus conscientiæ dum sub dominio hæreditario legitimæ Principis iure devolutionis ibant. Nec talia dixissent, si filius Philippi in dominium Provinciarum ivisset, tanquam legitimus successor.

Summatim vero ex ipso hæc habentur. Cum Ricciardus *Consiliarius* cunctis Belgij Ordinibus regiũ Decretum aperuisset, ipsos lubenti promptoque animorum consensu re-

recepiſſe, a quibus huiuſcemodi epiſtola regi conſcripta.

Perceptâ majeſtatis regiæ voluntate concedentis Infanti primogenitæ, Alberto Archiduci nubendæ dotis nomine Belgium, & Burgundiā, in quo & Princeps filius conſenſiſſet; dolere in primis, populos ſub placida regis optimi tutela nutritos, totque beneficiorum ab ipſo, eiuſque vicemgerētibus ſibi collatorum memores: arbitratos nunc à tàm felici dominio ſine æternæ ſyndæreſis morſu diſcedere non poſſe, ſi fortunæ mutatio non ea, quæ prædicaretur, eſſet. Cæterum benè ſecum actum putare, ſi filiam tot virtutibus refertam, & principi egregiæ indolis, multâ ſapientiâ nemini ſecundo locatam, adde, & in Prouincias propenſo, dominam reciperem. Summopere idcirco lætari, Deoque gratias agere, a quo tale Decretum in mentem regiæ ſuæ Majeſtatis defluxit; & cuius gratiâ vix Principis mutationem ſentire ſperabant; cùm nouus Dominus Majeſtatem ſuam regiam carne, corde, ſan-

Ob virtutes Principis, & viri diſplices viam imminuat quæ Principis mutatio imperſerat. Dum verò gratulātur & gaudent Regem ipſis in Principem dediſſe filiā, fatentur talem non fuiſſe antea; ſed tātum poſt patris donum, ac Ceſſionē. Non ergo jus devolutionis, ſed voluntatis regiæ arbitrium Infantem in his Principatibus ſtabilivit.

sanguine, & specie referat: spê interim non cessante, omnia ad majorem Dei gloriam, atque ejus Majestatis, rectamque intentionem cessura; populorum itidem commodum, & ejus humillimorum famulorum; ut in regijs litteris ab ipsa Majestate vocantur. Ideoque in voluntatem ipsius abeuntes, & Decretis obsequentes; declarant, & asserunt, se Principi filiæ, & Archiduci marito obtemperaturos eâ fide, quâ Majestatem Philippi sunt deveneratì; obsequiũque integrè servaturos. Atque ita regios pedes, manusque deosculantes, summum Deum precantur, ut sanctâ, diuturnâ, & felici vitâ eum donet; lætitiamque impartiatur ab hoc sacro, & sapienti Decreto expectandam.

Hoc futile, ac vanũ esset, dum populi de principe mereri valde putarẽt cũ marem regiũ filium pro legitimo successore in Principem juramento addito adsumerent. Liquet ergo Status nullum Devolutionis mori respectum habuisse; jam enim Infanti Provinciæ devolutæ subditæ fuissent.

Sæpius, & sancta ista volũtas Regis, extraordinaria res erat; non actio obligata, ac necessaria.

Cervicosi, contumacis, atque ad regia Edicta calcitrãtis populi verba planè non videntur ista. Vbi nã Brabantiæ clamores? Ordinum minæ? Vbi plebejæ Devolutionis ja-

jactantia? Vbi denique Principem lacerantes libelli, irritata in verſiculos ingenia? Hæc à Metereno eruta Epiſtola à cunctis Ordinibus, Belli, Regiminis, & proventuum Conſilijs emanat. Quis ſaxeæ frontis homo adeo pudorem concoxit, ut quæ videt, quæ palpat negare audeat? At Inſtrumentum in examen adducamus, quo Philippus rex unà cum principe filio Belgium Iſabellæ tradit.

Decrevimus dono cedere Iſabellæ filiæ noſtræ omnes Belgij regiones, Philippo noſtro filio, ac herede conſentiente; hoc modo &c.

Non poterat Rex donare Provincias quæ ſuæ nō eſsent, neque conſenſus erat filii adhibendus, ſi ad ipſum non pertinebant.

Conditione hac, & non aliter, quòd in caſu (quem Deus avertat) ex hoc matrimonio non gignerentur filij, aut poſt Archiducem obirent, aut poſt Iſabellam; Donatio, Conceſſio, ſive Translatio prædicta nullius roboris extet.

Nullo modo, nulla addita cōditione licebat Regi arctare & imminuere contra leges Brabantiæ libertatem, & jura Heredis devolutarum Provinciarum, veluti ſupremæ & in ipſis patri æqualis; ſi revera aſsumpta fuiſset devolutionis vì, non donationis arbitrio.

Et

Et si vidua superesset Isabella, eidem pars legitimæ paternæ, ac maternæ servabitur, ultra illud, quod nos cum principe filio in ejusdem beneficium operabimur. Et si Archidux Isabellæ supervixerit, Gubernator Provinciarum evadat ejus Principis nomine, ad quem devolutæ fuerint.

Existimet aliquis an Infans toleraſset ammittere jura superioritatis etiam viuens; casu quo non extarent filii; qui nec extitere. ideo infans post viri obitum nullum superioritatis jus fuit assequuta: ut quæ simplex rectrix Regionum nomine Regis fratris fuerit.

Quòd Isabellæ, & quibuscunque vetitum sit heredibus dictas Regiones partiri, donare, permutare, nobis, atque successoribus nostris inconsultis.

Adnotanda auctoritas, & arbitriū, quod sibi Rex Cath. servabat in Provincia.

Conditione hac, & non aliter, quòd illa, cui princeps ac domina harum regionum esse contingat, Regi vel principi Hispano nubere cogatur. Aut, si fieri non potest, nihil operari debeat, neque viro jungi nobis non consentientibus, sive heredibus nostris.

Quomodo credibile esset Provincias, & Infantem in leges tam acerbas cōsensisse, quas ab illo reciperet, qui non poterat Vigenti Devolutione, nullo modo de re devoluta, pro arbitratu disponere?

Et casu quo contrafieret, omne id, quod donatum fuerit, ad Hispaniam redeat, ac si Donatio hæc, & Cessio, & Traductio non sequuta fuisset.

Ita se declarăt Monarchæ quando ob conditionis non executæ caussam, Contractus effungunt.

Ideoque cùm nostra intentio, ac voluntas sit conditiones has plenum, atque felicem sortiri finem, ad quem respectu, & animadversione habita, donamus, cedimus, traducimus, renunciamus in feudi munus &c. omni meliori forma &c. Dato quòd incompatibilitas nil præjudicij inferat huic, quod compatibile, & necessarium est bono prædictæ Principis &c. omnes nostras Belgicas Provincias, & omnia jura Burgundiæ, Comitatum, & Charloij &c.

Hic validitas contractus ab effectu & ditionibus pendet, tamquàm a caussa principali. A forma quà Reges utuntur percipiatur an credibile sit Cathol. quod suum erat donaret aut aliena assignaret.

Conditione hac, & non aliter, quòd inviolabiliter servari debeant omnes hæ conditiones, & pragmatica instituta ab immortali Caroli V memoria &c. anno 1549, dictarum regionum conjunctionem pertingenti; absque eo quòd consentiatur in aliquà separatione, aut divisione illarum, quocunque respectu, vel causâ.

Qui negat unionē in Massa in Prov. Belgicis Caroli Quinti; huc animadvertat.

Et

Si rex illã in Principem & supremam afsūsit in Belgicis ergo talis non erat ante.

Et ideo nos decernimus, statuimus, & denominamus prædictam filiam Principẽ, a ac Dominam supremam earundem provinciarum. Absolvimus interim subditos, ac subiectos à fidelitatis sacramento. Pro*missionis, & obligationis omnes earundem Regionum.*

Ideoque auctoritate regiâ, legibus, consuetudinibus, Priuilegijsque derogauimus, quibus vis huiusce Contractus infringeretur &c.

Madriti 6. Maij 1596.

Philippus &c. &c.

Duri capitonis, pertinacis animi esset cõtra hęc niti, jusq; Devolutionis summis Belgii principibus convenire pervicaciter asserere. Anne Gallici Assertoris opinio satis à Philippo Rom. rege, a Carolo Cæs. & à Philippo II. Hispaniarum Rege reiecta, dãnata, proscripta videtur? Non nos tamen deserat Philippus III. ipse, legitimus, & unicus bonorum Patris omnium, atque Dictionum heres, ut parentis donationem effulciat; Sed quo pacto Belgium Isabellæ dono datur, si pridem in eamdem fuerat devolutum?

Sic

Sic Assertor. Audiamus attamen Regem.

Philippus D.G. princeps filius, atque heres unicus Regnorum, Ditionum, & Dominorum Philippi II. patris, ac Domini mei, &c.

Ergo Infans non erat heres Flandriæ.

Consentimus, atque contenti sumus, prædictas Provincias cedi, trãsferri, donarique posse Principi sorori nostræ optimæ; inhærentes Decreto Patris domini mei, &c.

Hæc Regis Philippi Renunciat. Gallicum provocatorem doceat modestum se erga veritatem præbere. Nec minus erga Iustitiam, & Cessionum validitatem illius filij, qui sub auctoritate paterna continetur.

Pro cujus actus maiori validitate, Disponimus, & absolutâ, & liberâ voluntate statuimus, absque ulla vel extorsionis, vel fraudis, vel falsitatis umbra, sive respectus reverentiæ paternæ, metus, abusus, aut persuasionis: cum nostra intentio, & voluntas sit, prædictas Provincias cedi Isabellæ Principi, & ipsius successoribus; ut Rex disposuit, &c. Renuntiamus interea, ad favorem prædictæ sororis nostræ, nomine nostri,

Et si justus ille Princeps quo cognomine decoratus fuit, filium inducit ad cedendum tãtos principatus sorori; cur Philippus IV. Pius vocatus, filiam non inducet ad cedendum jura sua, vel spes magis, fratri, & sorori.

ſtri, & ſucceſſorum noſtrorum, omnibus beneficiis, quæ poſſent adeſſe jure reſtitutionis in integrum, &c. Madriti, anno 1398. &c.

Geminas horum Contractuũ ſchedas eodem ſigillo munitas, cera rubra, atque aureis vinculis exornata videre licet, &c.

Quam ſcriptis ſuis fidem conciliat, qui aliena corrumpit? Eruatur eja ab Aſsertore à Belgicis annalibus, aut ex Provinciarum Archiviis una populorum obteſtatio in hunc liberum Philippi, tot licet cõditionum impedimentis, atque retinaculis deſtinatum munus. *Illum* ſanè Meterenus convincit: nullamque Chriſtinæus, vel Butxenus fert opem clauſulâ illâ *Scripto ordinibus caveat duodecimum articulum Belgicarum Provinciarum libertati, & Privilegijs, nihil derogare, aut detrimentum fore.*

Hæc auctoritas donationem non irritam facit; cùm nihil de ulla in Contractu obteſtatione loquatur. Apertè verò conſpicitur Privilegiorum immunitatem tangi; intra quæ Ceſſio ſpeciatim nominata, hìc ad-

admittitur. Quamobrem si Provinciæ intellexissent jus Devolutionis servari, non modò admisissent, aut de Cessione ex diametro oppositâ atque adversâ mentionem fecissent; sed asseverassent Regis munere funditus evelli Consuetudinem a seculorum, & regnatricis familiæ usu comprobatam. Et tamen nihil de consuetudine, utique verò de libertate, immunitate, & Patriæ Privilegiis fit mentio. Cùm enim aliud non sit Devolutio (pro Assertoris sententiâ) quàm pœnæ species in odium secundi tori irrogata; pœnalis quidem *restrictio* à libertatis, & Privilegii nomine circumagi non poterat: eoque magis homines in pœnæ subterfugium nuptiales contractus, atque Testamenta protestationibus armant.

Sincerè igitur nihil ab adducta cautione egerit, nisi populos admissâ lubenti animo Cessione, status sui permanentiam custodire curalse; ne sub novis dominis deteriora paterentur. Insinuant idcirco Regi, futurum Principem secus ipsis imperare non posse, quàm a prę-de-

Ipsa luce clarior eventus: in actis Brabantiæ cōditus, & in memoria pluriū quī adstitere.

decessoribus imperatum: immunitates nimirum, atque privilegia servando. Vt verò pernoscas, Belgas numquam animo concepisse Provincias illas Devolutionis jure ad Isabellam spectasse, atque in Privilegiorum albo nunquam fuisse Devolutionem conscriptam; ex populorum Actis percipias: qui, ubi de conjugum sterilitate compertum; illis adhuc superstitibus, in Philippi verba juravère: & post Archiducis obitum rectricem Isabellam, fratrisq; Regis vices gerentem habuere. Ex his (oppositis quibuscumque collapsis) apertissimè colligitur, Belgium Devolutionis jure in primo genitam primi lecti Hispanensis, ut falso evulgat provocator, non transivisse.

Sed Meterenum, Christenæum, cæterosque, si placet, ipsi concedamus auxiliarios; quid est quod postremo assequeretur? Provinciarum Ordines Philippi Secundi donationem admittentes, juris antiqui, & sueti Regiminis morem sustinuisse. Sed an inter jura, & privilegia id censebatur, quod Prin-
cipum

cipum fortunam destrueret, aucto-ritatem summam imminuendo; legesque successionum, Caroli V. præsertim exitialiter pervertendo? Excutiat fluxa hæc, & inania simulacra, quæ nunquam in solidum corpus cogi possunt. Ab aulis putet semper exulare Devolutionem, Carolus V. tribusque successoribus ignotam; à quibus, si in ipsius nomen aliquando ad populorum cō-modum inciderint, vix fuerit approbata: contrâ, tamquam Regnatricis familiæ hostem, elisam atque profligatam; ut est in Carolo animadvertere; qui Belgium futuris è secundo lecto Philippi liberis destinavit; natus licet è primo tum viveret filius: exinde in Philippo II. qui easdem provincias Isabellæ largitus, tot conditionibus oneratas arctavit, devinxit. In tertio itidem Philippo, qui solemni Cessione sorori permisit, iterum abstulit; & adhuc ipsâ vivente à Brabantia fidei iuramentum exegit. Postremò in quarto, qui Teresam Reginam exclusit; in tot tantisque rebus nec minimo de Consuetudine illa feu-

dali

dali verbo factò, cujus nomen tàm distentè Gallorum buccas inflat, & cujus *it clamor ad astra*.

Quot præterea titulos, ditiones, ac toparchias Brabantiæ, atque cæterarum provinciarum dignitati Ducali annexas vendidere, & cuicunque libuit impartiri sunt Carolus, & duo superiores Philippi; quorum [a] quartus adhuc in humanis agente Balthasari filio, nemine certe reclamante, Ordinibus immò, & quibus fas adversari fuisset, pleno consensu probantibus? Rectè quippe populi arbitrantur vulgarem deuolutionem à Principum finibus arceri; quorum non eædem, ac privatorum hominum regulæ, ac leges. Crassis Bæotorum auribus hæc ingerat, *Brabantiæ Principes numquam à Devolutionis consuetudine recessisse*.

[a] *ex Assert. Gall. pag. 214.*

Ac si interim tantorum Principũ opera, evulgatas a se leges exequẽdo, contra Devolutionem ius inviolabile, atque inconcussum non erigunt; legem, cui sit in dominii fortitudinem innitendum ferat Assertor. Ne verò nimius in toleran-
tiam

tiam nostram assurgat, prolixam Devolutionis controversiam adhoc redigo. Si Deuolutioni Brabantia succumberet, non Gallos, sed Allobrogos inducendos.

Docet adversarius, ex Isabella Gallica & Philippo II. Isabellam, & Catherinam; ex eodem verò, & Annâ Austriacâ uxore alterâ, Philippum III. prodiisse. Si ergò devolutionis jure Isabella Belgium possedit; eodem, Isabellâ absque filijs præceptâ, erit Catherina instituenda, tamquam primi Tori filia: Philippus autem è secundo ortus, reiiciendus. Iniquè igitur Philippum IV. Provincias Catherinæ jam debitas vsurpasse dicamus, eiusque filiis; quorum heredes in Sabaudia regnantes, in Belgij dominium eveherētur, Philippo IV, eiusque depulsis filiis: inter quos, si libet, Teresâ Reginâ. Si Galli igitur non tamquam delegati ab Emanuele Sabaudiensi Catherinæ nepoti Belgium ingrediuntur; usurpari contra jus, fasque à præpotentum aviditate infelix Belgium quis neget?

Assertor nihilominus, evitato suetis artibus scopulo, cursim progreditur; perinde ac Ægyptii canes fugiendo Nilum delambunt: utque se brevissimè expediat, *Philippum IV*, ait, *meritò Catherinam exclusisse, quia in successione feudorum feminea, frater sorori præfertur*. Ve ergò pro sua sententiâ loquar, defunctæ personæ devolutariæ non soror ex eodem toro, sed frater ex altero natus succedet. Quid plura? *Ex ore tuo te judico*. Defuncto ergo Balthasari, in quem (ut asserit) devolvebantur Provinciæ; non germana Teresa, licet ex eodem lecto prognata; sed frater Carolus, quamvis ex altero ortus, succedet. Quia (tua sunt verba) *in feudorum successione ex sanguine frater germana sorori defuncti devolutarij præfertur*. a En quibus coercetur angustiis, qui ne evaderemus, effugia quæcumque custodiis insederat. Pluribus in locis Brabantiæ consuetudini,

a utriusq; sexus liberi ex eodē Connubio nati sibi mutuo succedūt. *Consuet. Brab. art. 3.*

Ex quo efficitur, liberos ex prioribus nuptijs procreatos sibi invicem succedere; ac posterioris Connubii sobolem Devolutionis jure aut Feudorum, a Dominio perpetuo excluditur. *In Tract. de Brab pro Reg. Christianiss.*

ni, & doctorum auctoritati inhærens, asseruit, *utriusque sexus liberos ex prioribus nuptijs procreatos sibi invicem succedere; ac posterioris Connubij sobolem devolutionis jure a feudorum dominio penitus excludi.*

Ex his vero colligitur, secundi masculos à feminis primi tori excludi: succedere posse, & non posse.

Hactenus prò certo habui esse mihi ex adverso colluctãdũ; tùmq; res bene cederet, cùm quæcumque ille ingessisset, ego repellerem; nũc hercule cui ex duabus contradictionibus obvius eam prorsum ambigo. Geminas instruit, si altera saltem consistat. Fatemur & nunc tantum concedimus Prioris lecti filias secundi filios de more Brabãtiam excludere; cùm pro doctissimi Stokmanii sententiâ *Si contingat unicam superesse filiã ex primo toro, & masculum* e secundo *filia masculũ omnino excludat à bonis devolutis.* Tu auctoritatem viri educis, probasq; Si ergo Devolutio in Belgii Principatibus regnat, proculdubio Catherina Philippo succedit: nec dis-

ſimili modo Emanuel Tereſam excludit. Hoc pacto Gallia pro Sabaudia advocati perſonam indueret; cui tamen ex majorum ſuorum controverſijs innotuit, poſt Iſabellæ obitum, nullum ſibi ius in Belgio Devolutionis ope ſupereſſe.

At impellor hic (tanta oſtuciarum colluvie ad extremum faſtidium adductus) diſſimulatione tecum amplius non uti. Petrus Stockmannius percelebris ille juriſperitus aſſertiones tuas antequam orirẽtur, damnat, eo, quo Devolutionis materiam pertractat opere. Hoc ipſe volvis. Non dubito. Nec quantumvis ingenio ac eruditione præſtes, arma, quę invicta hominis munimenta expugnent, non eſt qui ſuppeditet. Typis tamen rationes dudum ab illo confutatas demandas: hac vna ſententiola educta; ſtudio cæteras, quæ adverſantur, ſubticendo. Si ſaltem in illius mentionem non incidiſſes, tamquam ignotum pertranſire poteras; ſed cũ legiſſe fatearis, atque Devolutionẽ è Brabantiæ ſolio toties præcipitem datam reſurgere, ac reſilire contendas,

Non

Non Dij non homines, non concessere columnæ.

CAP. V.

An Devolutionis fundamento evulso, jus aliquod in cæteras Provincias tali mori non subjectas Principi Teresæ maneat.

SVbductis, quæ induxerat Assertor Devolutioni adminiculi en ipsa moles ruit. Et ecce quo parvi lapidis ictu procumbit quæ pinnis ardua, coloribus florida, fronte minax surgebat in astra. Statuam Assyriam dicas à Nabuci somniis conflatam; quæ aureo capite splendida; degenerāte subinde per inferiora membra metallo, in æs, in ferrum, postremò in lutum abit. Nunc est videre quæ sortem Brabantiæ sequūtur Provincias, & quibus aliarum rationum, atque argumentorum indagine venator solertissimus noster insidietur.

In disputationem revocare negligimus an Mechlinia, Antverpiæ Marchionatus, Geldria superior,

Namurcum, ac Limburgium Brabantiæ consuetudini subjaceant, atque ideo Devolutionis jure ipsius fortunam sequantur. Esto; quamvis ratiocinator Gallicus, & hìc sæpissimè aberret. Quo verò pacto Hannonia, Artesia, & Lucemburgium, & Burgundiam adnumeret, prorsum ignoramus.

Hannonia, inquit, *feudale, an allodiale sit Bonum ad Infantem spectat. Mos enim Provinciarum requirit feminas in exclusione marium affinium succedere: & eo quòd etiam decìdit, Principatum illum deberi illius matrimonij filijs, quo vigente, acquiritur. Philippus IV. Provinciam hanc fuit adeptus donationis titulo, post Isabellæ obitum, dum Infantis Teresæ matris vir erat; huic ergo debetur absolutè Hannoniæ dominium.*

Non negamus feminas hùic feudo successisse. Supervacaneam Iacobæ Principis historiolam, quæ rejecto patruo, successit, contexere supersedemus. Quod apprimè tui muneris esset comprobare, quodque negamus, ut Veritati ab-

sonum,

ſonum, & à praxi remotiſſimum: hoc eſt ipſum, feminas e priori thalamo, maſculos e ſecundo ortos excludere. Hic nervus cauſſæ; huc arma convertenda. Licet enim filiæ (ubi linea ſit maſculis defecta) ſuccedant; numquam tamen in excluſione marium ſecundi thalami ſucceſſere. Atqui ſi Annalia volvas, ac Ævi quantumvis antiqui monimenta regeras; nullum unquã barbarico huic mori locum fuiſſe comperies. Quinetiam in cap. 31. ad art. 6. & 7. de hujuſce Provinciæ moribus non modo decernitur, maſculum ſecundi feminæ primi tori ſuccedere; ſed modus adhibetur, qui puellarum utilitati caveat, priuſquam à maſculis omnia occupentur. Vbi verò lacertis exertiſſimis ſuſtinere laboras, Bona perdurante matrimonio acquiſita, ad filios ex eodem ortos de rigore legis pertinere; legem, reſpondeo, eſſe multis exceptionibus obnoxiam. Primò Philippus ob Iſabellæ mortem Belgium non acquiſivit, ſed recepit; Donationis quippe conditionum vì, eâ fato functâ, in Hiſpaniæ pa-

trimonium redivit. Rursum non illa vocatur bonorum quorumlibet acquisitio, sed restitutio potius, quæ connubii, ortus, pactorũ & successionum jure in familiam, unde effluxerant, refunduntur. Hoc ait Argentreus vester ab illustrioribus Galliæ Iurisconsultis sustineri. Adeò perspicua res, ut commentationum notis minimè indigeat. a

a Argentreus Comment. de Cõsuetud. Provinciarum supra art. 412.

Postremò si Hannonia bonum erat allodiale, de ipsa Philippus testamento ad arbitrium disponere poterat legis vi, Cap. 10. art. 6. Si verò Feudum; Carolo II. Philippi heredi, ex Caroli V. Constitutione debetur. Inter saxum, & sacrum positus, quò te vertas? De Artesia quàm nudas doctrinas educis? Articulus 28. de bonis dumtaxat loquitur ad agrum Metaciensem spectantibus, Provinciæ communi Iure transmisso. 176. non agit de primi tori filijs; eo magis, quo 94. feuda cuncta primo genito tribuit. Quâ verò fretus audaciâ, vel potius imprudentiâ è Regionum domini fronte coronam excuteres; morem unius, vel alterius obtendens

Vulgo d'Arras.

dens; qui cæteris, perinde ac bono Provinciarum publico repugnando, in Cæſarum etiam pragmaticas ſanctiones inſurgeret?

C A P. VI.

De Burgundia, & Lucemburgio.

QVòd, cum à Burgundia patriarum facultatum æqua diſtributio fiat inter filios, nullo ſexus, aut nuptiarum reſpectu habito; tres in partes eadem Provincia ſit dividenda inter Philippi regis IV. filios. Sed primo tertiâ portione Regina Tereſa augeatur; reliquis Carolus II. & ſoror Auguſta, &c. Lucemburgij verò cùm ſit mos maſculo mediam bonorum partem permittere, alteramque inter ſorores portionem partiri; quartam Tereſæ Reginæ deberi.

Scindi Principatus! quid abſurdius? An à Gallis ediſcendum, qui e tot principatibus individuum omnino corpus effinxere? antiquioribus nimirum exemplis cauti, quæ Regni diſtractionem ominoſam

posteris fecit, à quibus animi, & corporis opibus monarchia feverissimè custoditur? O laboriosum hominem, qui totus in hoc incumbit, ut quæ sibi horrenda, in nos honestatis speciè reformata, ingerat; & religionem, à qua ipse exolvitur, in alios incutiat. Diffindi Burgundiã, & Lucemburgium quærit, suadet, instat? At quà demum constantiâ? qui supremam potestatem dividi posse negabat? Loci consuetudo, quæ ad cives pertinet in *Principum* jus summum consurget? A Caroli Magni usque ad audacis tempora Annalium volumina explicentur; numquam invenies morem Principatus istos dividendi inter Burgundiæ, aut Lucemburgij filios viguisse. Scimus nihilominus, complures Burgundiæ Duces, filios sibi superstites reliquisse. Ac si accuratius Austriacam sobolem in examẽ trahere voluerimus; ex quo Maximilianus Cæsar Provincias ex hereditate Mariæ Burgundicæ sibi illas adjunxit, usque ad Philippi IV. excessum; cognoscemus, utriusque sexus heredes filios jugiter vixisse:

Nec

nec ideo in frusta secti Principatus, unico Regi obtemperavere. Quamvis autem tolleretur usus æqualiter partiendi bona paterna inter privatorum filios, absit tamē, quod in Aulas irrepserit unquam exitiosus mos iste. Nec sibi fingat Assertor, Populares leges, à quibus divisio inter privatos admittitur, tamquam Naturæ, ac Dei jussu latas nulli exceptioni succumbere; patribus quippe facultatem tantùm permittunt, ut pro arbitrio de facultatibus disponant: unde Feuda, & fideicommissa mandant, ad solos primogenitos spectantia. Tunc ergo est hereditas æqualiter inter mares, ac fęminas dividenda, cùm secus pater non jubeat. Sic in Lucemburgio; sic in Burgundia usus viget.

Dicamus itaq; Principatus istos, aut dividi ad arbitrium domini, aut non dividi posse. Si possunt, Philippi testamento Carolo II. destinantur; si nequeunt, incassum Gallia, tertiam, vel quartam partem expetere. Nec se tam inurbanū, & agrestem præstabit Adversarius, ut locorum consuetudine arbitrio Phi-

lippi coarctato, facultatem summo Regi deneget, quæ plebejo cuique conceditur: posse videlicet bona ad libitum distribuere, nil, præter legitimam in filias erogando. Ac si urgeat lege supremâ, quę Principes vetat Testamento damnum inferre Principatibus; eâdem lege, provincias istas individuas, ac intemeratas nexu perrenni esse custodiendas demonstrabimus; Rege Romanorum Philippo, Federico, & Carolo Cęsarib.; Decretorum, atque sanctionum robore propugnantibus: quas contra si latret Assertor frustra *Lunam, atque examines tundet latratibus umbras.*

CAP. VII.

An Rex Catholicus possit derogare legibus sui Regni; & Provinciarum consuetudini, ut facere intendit in Contractu Nuptiali Serenissimæ Princ. Teresæ.

INstructis sententiarum cuneis, aciem dirigit in Principum libertatem Censor noster; ac veluti tonitrua,

nittua, & fulgura ciens, Aulas ſonoro turbine circumſtrepit. Et cùm Devolutionis vì, & feudalium morum lege addixiſſe autumet Reginæ ſuæ Provincias; hac potiſſimum cura diſtenditur, ut nullo modo Regi Cath. licuiſſe oſtendat eidem conſuetudini, veluti ſanctæ ac inviolandæ populorum legi derogare.

Si quo decet modo Regem Hiſpaniæ patrijs Caſtellæ Legibus & Belgicæ cõſuetudini ſubijcere vult; nón eſt repugnandum. Si verò Regum dignitatem imminuere, ut juſtis urgentibus cauſſis vel Legem ſolvere, vel legis verbis, ubi malè ſonent, derogare nequeant, ut temperamento adhibito, reipublicæ, & Regnis conſulant; hoc eſt guttis tumentibus

Torva mimalloneis implere cornua bombis.

Quid Vaſquius, quid Montalvus, & Covaruvias, qui licet Hiſpani, Aſſertori patrocinantur, concludunt? Principem ſuis legibus obligari. *Regulariter in abolendis ſtatutis pub. conſenſum populorum, vel ſper-*

apertam utilitatem requiri. Decantata hæc,& similia Fori rudimenta, r . vitijs, & tyronibus exponuntur. Postremò Molinam, quatuorque ipsius asseclas in me concitat, qui fatale veluti Decretum, proferunt *Principem absq; legitima causâ non posse turbare successionem Primogenitorum,eas in secundò genitos transferendo.*

Quę ad rem nostram minimè faciunt; tunc enim aliquantulum illi opitularentur, cum Rex Hispan. nulla necessitate compulsus boni pub. tutandi, Monarchiæ Dignitatem, & Gentium quietem, totius quinimmo Europæ servandi; contra leges atque certas Principatuum consuetudines (non hic loquimur de moribus locorum, qui summas potestatem non regunt) in pub. felicitatis nocumentum deteriora cēsuisset. Sed profectò ubi cunctis legibus, ritibus, moribus, ac privilegijs, quibus Cessio impediri poterat, derogando; ratione optima, justisq; de caussis necessaria ad regni salutem patravit: Legem non læsit, sed interpretādo, flexit; pragma-

maticâque lege decrevit, talem casum nec sub legibus esse, nec posse à legum intentione compræhendi. Ideo, licet Belgicarum Provinciarum consuetudines possent supremos Principes cogere; Philippus tamen Rex poterat pub. salutis gratiâ illis derogare; cum nulla sit lex, quæ Bono pub. (Regnorum, ac gentium spectatissimus finis) repugnet. Probatum itaque cùm sit ante, Cessionem, & Exclusionẽ Principis a quacumque ex Ditionibus paternis, non modo utilem, sed necessariam bono pub. fuisse; nec minus Galliæ, quam Hispaniæ prodesse; sequitur, à nulla Provinciarum consuetudine potuisse impediri.

Vide cap. 9. & sequentia. præcipuè verò 14.

Non adversaberis, humanas leges vel Gentium, vel Principum esse non in detrimentum, sed in incrementum, atq; in beneficium constitutas. Si negare non potes (absurdum quippe negare foret) jam hoc assequimur, Catholico regi jure summo excludere filiam à Belgij ditionibus convenisse; licet ipsi, ut asseris, devolutis, ac debitis: ac

in tali casu non contra mores Regionum, sed in ipsarum beneficiũ, atque utilitatem egisse.

Superius multis in locis annuimus, *politicos* Galliæ homines vires Salicæ legis in quæcumque Regi suo additamenta accedant ita extendere, atque in Regni corpus coalescere studeant; ut exinde nihil nisi quædam umbræ regionum illarum appareant, quas semel vastus ille Gurges absorbeat. Si ergo Belgij hereditas Principem sequuta, illuc decidisset; idem foret sanè passa, quod Burgundia, parvaq; Brittania, Regiones olim felicissimæ, quæ nunc à priori gloria dejectæ: veluti quædam fortunæ rejectamenta, vilescunt. Regem vero Cath. summæ dignitatis officio necessario fungi, ne alieno Imperio servirẽt toto viriũ nisu curare decebat: ideoq; si ad filiam hereditatis jure pertinuissent; poterat non modo, sed cogebatur legem hanc solvere. Nulla enim lex valet, ubi de Regni ac boni pub. periculo agitur. Dicamus insuper, nullum detrimentum filiæ illatum, quia & alij Regni cõ-

sors

ſors evaſit: nullum Genero; quia ſponte cum uxore in Ceſſione conſenſit; aſſignata Dote, & receptis oppidis, contentus. Et ſi dùm illuſtria imitamur exempla, Honeſtati aliquo modo innitimur; Monarcha noſter exempla clariſſimi patris, Avi, ac Atavi æmulatus; id elegit, quod pub. Regnorum ſaluti cõferre maxime ſciret: quorum regimini ſibi à Deo commiſſo unico ſtudio incumbere debuit. Eſſe autem collimantibus, ac in rem defixis oculis à Gallico ingenio cavendum ubi de Regnorum cauſsâ agitur; Reginæ Blancæ eventus aſſiduè docet.

Alphonſus Caſtellæ rex quatuor maribus ſuperſtes, quatuor viventium fœminarum pater, anno ſalutis 1214 fato concedit. Harum hæc fuere nomina. Primò genitæ Berẽgaria. Secundæ Vraca, Luſitano regi anno 1206 nuptæ; tertiæ Blanca, Ludovico VIII. Galliarum anno 1200, Eleonora quartæ Iacobo Aragonis anno 1221. Berengaria anno 1197 Alphonſi Legionis Regis cõiux evaſit: triẽnioque à patris morte, qui in 1217 exceſſit, ut primò genita,

genita in Castellæ Reginam assumpta, maritum Regem dixit; a quo Carolus nunc II Rex Hispaniarum originem ducit.

Primogenitam porrò fuisse Berengariam, & à populorum suffragijs, virili sexu deleto, in defuncti patris locum suffectam, atque eandem Regno maritum donasse quis negat? Rodericus Ximenius Reginæ coæqualis, Aulæque suæ alumnus Toleti Archiepiscopus: Lucas item Tudensis Episcopus ipsi coævus; seculi proinde illius, proximique Historiæ; multorum commentaria; Actus publici: Regis postremo Berengariæ patris testimonia loquuntur. Erumpunt nihilominus post tot annorum emensa spatia, quasi è latibulis Galli, corruptis inferioris ævi, quot licuit, ingenijs; (inter quos & Molina stipendia fecerat) memorialq; apocriphas conflando, sacram antiquitatis fidem polluère; Blancam, pro Berengaria in primogenitæ suggestu locando, & necessario Alphonsi heredem pronunciando: quo jure & Regnũ Castellæ Blancę filijs addicunt, qui-

bus

bus Ludovicum Galliarum Regem optimum viventem substituunt; Austriacis, ut qui usurpaverint, expunctis.

Satagant ergo Hispani suas innubendo Gallis Principes, cautèq; se ab insidijs in posterum hac instanti violentiâ satis admoniti, præmuniant. At sane, puta prævisum, atque provisum: quid ratio prodest, ubi jus in armis? Scriptis igitur inhærendo, Principes, dico, legibus suis, & Regnorum obstringi; non tamen omnibus universim, ac semper obstringi. Cum verò solvi debeant, non ad subsellia, & popularia consulta, quæ, ut Græca parœmia utar ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ intincto, rem lambunt sed ad Politiæ magistros, qui interiori notâ succum hauriunt, & nucleum totum explicant, confugiendum. His enim convenit in reip. bonum, & Principatus incrementum Reges in illâ summâ potestate constituere, quæ extraordinaria propriéque *architectonica* (Besoldo teste) a vocatur,

a Princeps aliquando pro Bono pub. operatur de plenitudine potest. quę potestas propriè Architectorica dicitur: nullis subiicitur legib. *Besol de Majest. c. 5.*

catur. Supremâ quippe dirigendi auctoritate, ac normâ inferiora ordinat, atque disponit; ceu Architectus despoticè cæmentarios, marmorarios, ceterasque artis consequias movet, regitque, nullo fabrorum renuente: fixus ipse, suoque tantum inhærens prototypo. His,& præceptum [a] Aristotelis favet, præcipuè decernentis, Principem, ubi de bono pub. agitur, transactis legibus, ratione pro legibus uti: [b] non enim, addit Besoldus, eæ leges confici possunt, quibus universę rei privatæ, & publicæ usui sit abundè provisum. Oportere igitur summam in Regnis esse potestatem, quæ de non prævisis judicium ferat; legumque aliquando metas egressus, in gravioribus pro reip. utilitate concedat, vetet, quæ extra casum neque vetanda forent, neque concedenda.

Non

a *Arist. l. 3. de Rep. c. 7.*

c Nullæ leges ita scribi possunt, ut omnes casus, qui quandoq; tũ ad pub. quàm ad privatum ius spectãtes inciderint; comprehendãtur. (*l.* 10. *d.* 12.) Ideoque planè est necessarium, ut aliqua in Rep. sit potestas, quæ vel jure non decisos casus discernat; vel contra legum tenorem propter aliquam communem utilitatem, occasione ita ferente, aliquid faciat, vetet, aut permittat. *Besold. de Majestat. cap.* 10.

Non verbis ergo legis, sed ejusdem menti standum; quæ velut anima Legis;& a qua omnino bonū pub. respicitur: ideoque tametsi invalidi censeantur actus, qui contra leges a (*Quæ enim contra leges fiunt pro infectis habentur*) de illis tamen intelligendum, b qui legis menti,ac intentioni repugnāt, fraudesque in illam moliuntur: vigente præsertim lege aliquâ, ratione ex diverso jubente: c unde innotescat, casus à legis verbis non comprehendi: tuncque actus non contra, sed ultra legem dicitur. Astruit Bodinus, Principem summâ suâ potestate fretum derogare legibus municipalibus, ubi præsertim Æquitas constet, legitimè posse. Et reipsa ut finem legis consequatur, sępius hoc pacto Principem legem transigere convenit; cui tandem summo jure non adstringitur, nisi quatenus cum naturali Æquitate publicique Boni servandi ratione concordet.

a *Leg. non dub. Cod. de legibus, & alibi.*

b Verū est absolutè loquendo quæ fiunt contra legem esse irrita; nisi quādo alia lege, Iure, Ratione manifesta constet id ratum esse & firmius. *Az. Instit. moral. l. 5. c. 16.*

c Princeps legib. municipalibus minimè obligatur, quo minus iis derogare suo jure, si velit, possit. Idque maximè si æquitas ipsa id postulare videatur. *Bodin. Rep. l. 5. c. 8.*

His

a In juramẽtis Principũ de obſervatione legum Imperii ſui non aliter audiendi sũt, quàm prout Reip. additio patitur, & pub. utilitas ſuadet. *Ariſt. l. 2. cap. 7.*

b Princeps qui Maieſtatem habet, Anteceſsoris ſui decretis quo ad jura Maieſtatis, & ſtatum Imperii, non teneri: niſi quatenus utilitas, & divina Naturæque jura exiguat. *Ib. l. 1. c. 7.*

His amotis, Princeps a cunctis legibus, ut ajunt, *poſitivis* a exolvitur, etiamſi ſacramento authoratus. Juramẽta enim b (pro Arniſæi mente) à Principibus reddita in Regnorum incolumitatem; numquam interpretari licet in eorumdem detrimentum valere poſſe; verùm eòtenus, quò de reip. ſalute, ac dignitate agitur. c Auctor eſt idem, ſupremæ Majeſtatis jure Principem non ſui prædeceſſoris ſanctionibus, non Regni decretis teneri; niſi prò rerum inſtantium uſu, ac reip. incolumitate. Iuſtitiam primò igitur unicè ab iis reſpiciendam, atque communem populorum felicitatem; quorum ductu licere interdum imminuere, ac tranſmittere leges; ommiſſis populi ſuffragiis, vinculoque juramenti laxato. Eſſe interim (cum Sexti Cæcili paradigmate) in manu Principis leges, non ſe-

c Mutandarum legum norma Principis Iuſtitiæ eſse debet, aut evidens utilitas *l. 2. §. de Conſtitut. Princ.*) & tàmen nec erogationem populi expectare, nec jurisjurandi conſervandi gratia eas abrogare debet; ſed quia officium Regis ita facere iubet. *Ib. cap. 3.*

secus ac vela & clavum Nauclerus habet; quæ non modo inofficiosa, sed ærumnosa forent, remoto Gubernatoris arbitrio: ipse enim artem callens, per maris pericula doctus, aerem modo expanso sinu colligit, modò complicato refundit: incassumque omninò foret imperitum navigantium vulgus vrgente procellâ consulere; cum interea & malè feriarentur nautarum officia, & neque velis tempestati subductis, & demissa corbe, exoneratis antennis; neque revocatis contis, & nimio pondere levatâ carinâ, cœlo marique præstarentur obsequia. Sìc & Princeps rectoris locum implens, pro arbitratu, adversante fortunâ, a leges perinde ac navis instrumēta vel erigit, vel demittit: salutique prorsum Reipub. prospiciens, trunco interdum navigio felix, laudatusque ad littus appellit: Sìcque ad bene regendum instructi veteres, ac recentiores mortalium, ingenia

a Leges in Principis arbitrio perinde esse debēt, ut in potestate Gubernatoris Navigii ipsa gubernacula; quæ essent inutilia nisi ad omnem cęli faciem, & opportunitatem moveri, ac converti possent: ne ipsa Navis cum Gubernatore prius naufragium patiatur, quàm vectores consuli possint. *Sext. Cæcil.*

ſummo Principis arbitrio conſentire; ut devia quæcumque corrigerentur: & quæ raró inſoleſcente fortunâ contingunt, irent ſub normâ: remiſſo legis rigore; vel ipsâ ommiſſâ lege, quæ Reip. felicitati adverſaretur. Ideo ſuſcepti Reges, ut in pub. Bonum leges ipſas vertant: ác in præſens obſtantibus amotis, eâ, quâ Dei, & hominum conſenſu poteſtate valent, meliora decernendo; ad ipſam ſpectatiſſimam pub. felicitatis metam excurrant. Fixum ergo, immotumq; maneat, Principes, tametſi à legibus non eximantur, in reip. tamen utilitatem legibus ac Inſtitutis ſuper eminere.

C A P. VIII.

Vbi etiam potuiſſet rex Hiſpanus contra conſuetudines ſacras Belgicarum Regionum agere; univerſalem ipſarum derogationem in Nupt. Contractu Principis appoſitam nullius roboris eſſe: quia ſpecificè Devolutionis jus nominatum non fuerit, quod allegari oportebat.

TEcum, ò ſcriptor ornatiſſime, tamquam cum homine forenſibus,

ſibus miniſteriis exercitato, ſcrupuloſâ quadam diligentiâ ſunt omnino ſubſellia luſtranda; nec à Tabellionum regula tranſverſum quidem vnguem abſcedere licet. Ob ommiſſum in Contractu Pacis verbulum, Pactum evertere ſtudes, quaſi robuſtiſſimo fulcro deſtitutum: apud te quis dubitat felicem fucum loco virtutis haberi? Res mihi eſt cum Retiario, non cum Mirmilloſſe Gallico, qui per artis decipula hoſtem circumſcribendo, adhoc incumbit, ut ſi quando interci-piat, involvat. Devolutionis nomen abeſt; ergo, & contractus evertitur. Quis docet? Scrupum ſi à Pyramide evellas, quæ vaſtitas? quæ corruendi neceſſitas? Bartholus, Baldus, a Stephanus, Felinus, ipſeque paludatus Iuſtinianus ſuccurrunt. Sed renuente ſorte auctores tanti ponderis ſuppetias adveniunt; quos neque toto eloquentiæ

M flu-

a Regem non obſtringi legibus procedit in ijs, quæ levioribus ſunt præjudicijs, qualia cenſentur ea, quæ pertire ut ad ſolemnia judiciorum, & contractum. Non ſic quoad pactionum obſervantiam, ſive illæ expreſſæ ſint, ſivè tacitæ, ſivè privatæ, ſivè univerſales. *Ferdinandus Vaſquius Controv. Mucer.* l. 1, c. 1.

flumine obruas. Pande Codicum sinus, explica volumina; ab ipsis postremò desereberis. Devolutionis, quamvis *eßentialis terminus* in Contractu ommissus nil damni affert; quia Catholicus regiæ suæ præsentiæ vi *quæ supplet omnis solemnitatis defectus* (ut superius probatum) vocabuli unius transacti explere omnino hiatum potest. Proinde in Contractibus bonæ fidei, ac inter magnos Principes exactis, mẽs contrahentium ęquitatis oculo spectanda; unius nauci verbi superstitione rejectâ, ubi de rerum summâ agitur, & supremorum Principum mens appareat, ea Fœdera ineundo, quæ à nuptiis orta, humano generi felicitatem, sibi gloriam parit. Rogo interim an sit de auctoritate certandum, inter Tabellionem ac Regem? & an Principis majestas intra Fori normam, probante Galliâ, cogi possit? Quis pacta ideo solvet, quia sint infirmo unius virgulæ apice destituta? Auctores, quos ingeris ab re nostra toto cœlo ferè distant; non enim de Principe loquuntur, qui plenâ suæ Potestatis vi Sanctio-

ctionem pragmaticam edit, sacratque: pro quà Majestas ipsa tota fortunæ suæ mole pugnat; cum hoc sit pub. felicitatem tueri, Regnorumque cavere saluti: Postremo Catholicus (Christianissimo æquali protestatione, ac derogatione probante) plebejum vilemque hunc obicem amovit; ita loquutus.

In virtute regiæ suæ potestatis supremæ velle suppleri cuicumque defectui, ommissioni, vel juris, vel facti; substantiæ & qualitatis; consuetudinis, & moris; quæ accidere potuisset in Instrumento maritali. Hanc legem recipi, & observari, sine respectu cujuslibet legis, & consuetudinum, quæ opponi possent; quibus derogat: volens quòd hac vice derogatum esse intelligatur; etiamsi talis qualitatis eßent, ut ad earum derogationem necesse esset alia expressior mentio, magisque specialis, &c.

An verò cùm Longo digitorum dispendio rem diligentius enucleaverit Assertor, succum ex verbis istis non expressit? Dii melius, quàm de tàm solerti ingenio, tàm ineptè judicem. Cùm ergo in examen ad-

duxerit, perpenderitque pertinaciam miror, quà levissimi defectus caliginem in clarissimam lucem effudit, Solis jubar tumultuaria nube expugnaturus? indignam profectò viri sapientis & facundi censuram; quæ & vitiligatorem olet, & cum Apellæo sutore, vitio in alterâ Veneris crepidâ notato, emendatissimam imaginem damnat. At sanè de industria scrupulosam hanc crisim exercet Gallia, quæ caussę structuram emensa; cùm sibi quaquaversum constare perspiceret; ita quatit, ut si ex compagine aliquid emineat, in hoc impingat, & crimen apposcat. Si tamen caussas ommissi verbi requirit, Instrumentum Caroli V, & Philippi III legat oportet adversarius; qui vocabulum istud, tamquam rei dignitati impar inter negotia regia inserere neglexerunt. Vt igitur nobis in huiusce Partis quarto articulo abundè probatum, Devolutio à Principum negotijs exploditur, regijs omnino penatibus ignota: circumforanea & popularis conditio ab ijs tantum, quibus expedit, recepta.

CAP.

CAP. IX.

An Contractus Renuntiationis, ac Exclusionis stipulatus inter Principem Tercsam, & Regem Christianiss. Ludovicum XIV sit ejusdem similitudinis ac roboris cum olim stipulato inter Annam Reginam, & Ludovicum XIII.

CONfutatis, nil ambigo, examussim, quibus gestiebat provocator, argumentis, esse videlicet Galliæ in Belgium jus aliquod consuetudinis feudalis vi; nostrâque satis comprobatâ sententiâ, nulla ad Principem spectasse bona materna; nihilque pecuniam nondum dotis nomine solutam obstasse; fuisse quinimmo illi cum Anna Austriaca socru fortunam, atque conditionem eamdem, cum hæc Ludovico XIII nupserit; non ab rè fore opinor utriusque conferre Contractus; ut si inter se conveniant, necessariò & ijsdem lancibus perpendantur: puta, si primus auri obrizi, ac pustulati argenti laudem obtinuit: & nec metallo, nec pondere secundus sit

impar; immeritò à lippis non beni-gni nummularij oculis reprobari si-natur.

Cum igitur eadem bona abdica-verit Teresa, quæ & Anna; & ijs-dem sententijs, formulisque utrius-que constet Instrumentum; atque cùm insuper decretum fuerit, se-cundum, quò ad robur, ac validi-tatem, ad primum esse referendum, illique omnino consonum haben-dum; scire vellem quo jure anti-quum vigere, recens evanescere debeat.

Annæ Renuntiatio antequam ip-sa duodecimum annum attingeret, stipulata, nulla paronomia pecca-vit; non Naturæ, non Romanas, non Hispanas leges violasse recla-matum; non velut iniquam aut fe-rálem eradendam, e fastis decretũ. Bonis eadem paternis, & maternis, sperandæque in Monarchiam (uno tantum mare múnitam) successio-ni renuntiavit. Dos eidem quin-gentorum mille nummum dicta: neque Gallis unicâ sanè emmissâ voce, de læsione conquestum. Ante duodecimum annũ, ut diximus,

ab-

abdicavit: ante decimum quintum nupſit: nullaque tunc irrepſit vel minarum, vel timoris, vel reverentiæ ſuſpicio: neq; ob ætatis defectũ contra Ceſſionis firmitudinem itũ. Nulla tunc mentio ſingillatim jurium, & bonorum quibus renuntiavit: ſed univerſali clauſulâ *notis, ac ignotis renuntiaſſe* tãtum expreſſit: nec ideo arrepta bonorum ignotorum cauſsâ, (quibus renuntiari non poteſt) invaliditatis anſa. Explicatum à Legatis pro exacta, atq; ſtipulatâ Ceſſionem habendam, licet non ab illa confectam: neque ideo tamquam eius voluntate defectam, nemo ſpõgiam ſuperinduxit, igni appoſuit. Fundamentum excluſionis totius Annæ prolis venturæ bonum fuit pub. ſalus ac Hiſpaniarum quies: pignus itidem cum Gallis benevolentiæ, Pacis, mutuique commercij in populorum cõmodum continuatio: neq; certè obſtrepuere tunc temporis Galli, Hiſpanos violentiæ crimine inſimulando. Tunc Legatis inter mandata de Ceſſione firmandâ nil præcisè injunctum: de connubio tantum in-

jendo data generatim de more poteſtas. Legatis nihilominus defuiſſe auctoritatem, ac ideo Ceſſionem eſſe retractandam nemo dixit.

Tunc Rex Chriſtianiſſimus uxori ſtipulandi Ceſſionem jus nullum contulit. Valuit tamen Renûtiatio. Tunc potuit ratum habere contractum, quamvis non ipſo ſpeciatim præcipiente, Ceſſionem & Excluſionem complecteretur: nec indoluere vulneratæ leges; nec in juraformalia contractuum hoc delinquere viſum. Tunc Renuntiatio, & Excluſio, licet ferè ignota nomina, non perinde ac Naturæ prodigia, averruncandæ; aut ceu Lybicæ peſtes carminibus illigandę apparuere. Non inſtar ſacrilegii dirique ominis viſum, ſi regia domo Hiſpaniæ (quod Deus evertat) maſculis orbaretur, Principis Annæ proles arceretur penitus à ſpè ſuccedendi.

Tunc antiquiſſimæ conſuetudines, quæ locum maſculis vacuum fęminis explent, non inviolabiles dictæ; & ſi Principem Annam, ejuſque ſobolem excluderent.

Tunc

Tunc Philippus III. potuit absq; Tyrannidis, ac violentiæ notâ successioni prospicere, personam excludendo à jure sanguinis ac hereditario evocatam; nullo in patrias leges admisso crimine. Licuère cuncta: & in reipublicæ commodum (nullo arguente,) regalis providentia cessit.

Tunc universalis derogatio quibuscumque legibus, quæ adversari poterant, derogando, numeros omnes implevit: nec speciali legum compellatione res indiguit, quibus derogare volebant. Iure merito igitur potuit Rex idem ac Tutor, nescio quo modo, filiam tot Principatus, ac Regna (modicâ dote promissâ) ad ejurandum adigere: potuit filia ætate minor, facilèque jurium suorum magnitudinis ignara, se, filiosque abdicare; excepto quòd si vidua, proleque orbata superesset; Potuit Rex Ludovicus XIII. approbare, ac firmare contractum absolutum à sponsa, cui nulla impertita fuerat auctoritas; à Legatis, quibus nil tale præcisè iussum: & hoc nullâ Hispaniæ legum, nullâ Gal-

liæ Institutorum injuriâ : nullâ Fori consuetudine, nullâ Tribunalium religione violatâ : postremò toto contrahentium consensu, populorũ plausu gesta hæc omnia, suomet ingenio protecta ; diu quiescentibus animis, diuque mansere.

Nunc verò Cessionis, & Exclusionis Contractus à Teresâ jam adultâ absolutus : ijsdem conditionibus (maternâ exceptâ, quæ illi adscribitur, hereditate; dilatâque dotis repræsentatione, ac Belgicarum ditionum devolutione ; quæ tria perabunde confutavimus) ac circumstantijs refertus ; læsionis en vitio maculosus, Iustitiæ contemptor, legum eversor ; in sacras Regnorum consuetudines insolentiâ, in legum interpretes pervicaciâ, in Naturam parricidio culpatus : formâ inconcinnus, materiâ infirmus ; nec regiæ Catholici manus contactu sanabilis ; nec ipso Christianissimi jurejurando redemptus ; prodigium, propudium, catharma ; deportandus, execrandus, conficiendus. Et cur tam dira in secundum, si tam æqua in primum ? Quia hodierno die stat

Gallis

Gallis pro ratione voluntas.

CAP. X.

Ius successionis in Principatibus legem esse fatalem, nullo pacto violandam: cui non secus obstringuntur Principes, ac vani Gentium dij fatorum vincula solvere nequirent; pro Aßertoris sententia.

SVccessionis legem inter divina præcepta à diserto adversario non inseri, gratias agat humanum genus ab imminenti onere levatum. Parum abest quin dicat, neque Esaù licuisse fratri suo primò-geniti sortem vendere: ipsumq; Iacob quarto loco, Rubeno primo natum anteferendo, eulogiâque illa propheticâ semen eius sacrando *Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore ejus, donec veniat qui venturus est*, sacrilegio se contaminasse. Adde, & Regem David qui Salomonem, reiecto primò-genito ad solium evexit, in Deum iniquitatis crimine peccasse. Salomonem proinde, Redemptoris nostri figuram, immeri-

to assumptum, non Regem, sed tyrannum retulisse: quæ si, ut ex Assertoris argumentis desumitur, ita ex ore profunderet, non tam à fidelium fastidio, quàm ab Hebræorum ira lapides fortasse concieret; hunc enormis ingenii plausū lucratus. Ille ergo qui in Principatu jus aliquod habent, nūquam a de hoc cogitent ejurando, quamvis Cœnobia, vel Heremos voto ducti intrarent. Baldus tamen, cæterique Interpretes in Christi Domini sententiam pedibus eunt; Regis nimirum primogenitum Religioni dicatum à Regni successione prorsum excludi; neque Regnum Cęnobio deferri: Sed vel in proximum fratrem, vel conjunctiorem consanguineum devolvi.

Exemplorum exuberat b Orbis, quæ facillimè Assertoris possent infringere argumenta: neq; diù foret

a Primogenitum, vel alium Religiosū nec Regno succedere, neque Regnum ad monasterium trāsire, sed ad fratrē natu secundum, vel si frater nullus extet, ad alium quemlibet sanguine proximiorem. *Baldus in l. Deo arbis* §. *Hoc etiam*, *C. de Episc.* & *Cler.*

Id *Glossa*, & omnes *Canonistæ tuentur*.

b Potest quislibet resilire ab eo jure, quod pro se inductum est, favorique suo renunciare, *l. Penult, C. de Pact.*

ret elaborandũ, ut vel digito tangeret, ſucceſsionis ordinem pro Regnorum uſu inverti poſſe: ijs moderantibus, quorum poſitum eſt in arbitrio vel retinere, vel jus illud à gentibus inſtitutum, ſi in earumdem cedat utilitatem exuere: ſic leges canunt.

In primo hujuſce Partis capite, apertiſſimè pateſeci, à Regni ſucceſsione multis de cauſsis abigi poſſe: vel ſi fortunæ culpâ demens, vel ſi propriâ impius, hoſtisve Patriæ ac Tyrannus Princeps evadat. Pleroſque præterea fuiſſe principes tamquam incapaces ab hereditate dejectos: ac ut cæteros ſilentio tranſgrediar, Childericum Tertium adduco, purpuram in cucullam mutare coactum: Emanuellem itidem Comnenum à patre Ioanne, exploſo primogenito, ſuffectum. Et ſi antiqua volvamus monimenta, Xerſes Darij filius populorum cavẽs quieti, Artamenem filium veterrimum à ſolio exegit.

Clementis Quinti indulgentiã Robertus Neapolitanum Regnum obtinuit, legitimo Caroli Martelli filio

filio expūcto; qui Pannoniam adeptus (heres enim primo-genitus erat) ad Parthenopæum diadema vocabatur. Ac si externa conquiramus, inter Abyssinorum Regum sobolem, non ætate prior, sed virtute potior deligitur.

Nicephorus, Sigonius, Platusq; multorum nomina tradunt, qui Regnis vale dicto, sese Numini addixere: inter quos Theodosius Tertius, Michael Paphlagon, Michael χουροπαλάτης, Lothariusque Cæsares (ut Caroli V. recens ommittamus exemplum) permultis exantlatis laboribus, longâque Regni procellâ defatigati, in Monachorum portu quievére. Non excidit Carolo-manni memoria: expeditque Roberti novissimi Delphinatus Principis pia gesta retexere: qui pacto pretio, sceptrum Philippo Sexto Galliarum Regi tradidit; pecuniaque in pauperes erogata, Crucem ulnis extollit.

Brigidæ Reginæ sanctæ nec silenda à throno ad Christum fuga illustris: nec Gulielmi Aquitaniæ Ducis, qui abiectis magnæ fortunæ sarci-

sarcinis, expeditior ad Cœlum properavit. Rex Cypri Henricus a clamyde ad saccum migravit; saccumque Rex olim Ioannes Armeniæ, cui quatuor ultra viginti reges obsequebantur, induit. Petrus Aragonis Rege natus, spretis regalibus illecebris per quatuor lustrâ arctissimâ cella obditus, ut cœlo potiretur, cœlum sibi denegavit. Ast veterum translactis exemplis, cur non in laudatissimam Reginam oculos defigimus, seculi nostri sidus, Virtutis, ac rei litterariæ incrementum; quæ recedens à falso, ut vero cultui initiaretur, se Regno abdicavit? Cuncta hæc cursim exarata Regũ, a ac Principum gesta, licere ipsis regno discedere, sceptraq; in conjunctiorem conferre satis declarant. Superaddam tamen, in ipso Belgio Brabantiæ Ducem Henricum, Henrici Tertij primògenitum, sponte solium fratri cedẽtem, nullo populorum tumultu, minimèque fatali lege illà reclamante, mèque

a Hẽricus primogenitus F. Henrici quondam Ducis Brabantiæ jus quod habebat, & sibi competebat in ducatu Brabant. &c cessit Io. fratri suo post ipsum genito; & liberè ac spontaneè donavit: nihil juris sibi reservans, &c. *Ex Instrumento donationis*.

quà persanctum jus Successionis tam religiosâ methodo servandum exclamas.

Carolus V. Provincias Belgij *vulgo Baxas* in filios è Philippi II, ac Mariæ Anglæ connubio procreandos transtulit; Carolo legitimo successionis jure herede, repulso. Philippus idem sub ipsum funus Flandrias Isabellæ filiæ dono dedit; quæ tamen inter Philippi III filij, & heredis unici jura censebantur: sorori postremo hic easdem sibi debitas, cessit. Quid mirum igitur si Princeps nostra spem remotissimã in præsens sororis, & consanguineorum juribus cedat! Verum ô quot exempla, modò vellet, posset Hispania in fatalem illam successionis necessitatem emittere.

Vulgo le Basse.

Henricus Castellæ rex, virili prole orbatus excessit: sacerdotiq; confessario privatis verbis filiam Ioannã, ad legum normam, solio advehi demandat; Isabella tamen regis soror, Ferdinandique Aragonis regis uxor pacificè in Castellarum Reginam assumitur; consuetudine victâ, legeque Provinciarum silente: quippè

pè sic, Mariannâ a teste, gentibus expedire visum. *a Mariana Histor. Hispan. Tom 2. l. 24. C. 5.*

Vltimus præterea Ferdinandus Rex Hispaniarum Cath. filio Ioanni vitâ functo, ex quo duo tantum feminæ supererant; Maria Emanueli Lusitaniæ regi, ac Ioanna ætate potior, Archiduci Philippo nupta) Regnum Aragonis in hunc (uxorio titulo) contulit; licet leges Regno ipsi coalitæ reluctarentur. Primò tunc Regina populis illis data; ipsique in eius nomen jurare adacti, tamquam Ferdinandi primo-genitæ, ac heredis; bono tamen publico sic bene consultum censuere: patrijs institutis in regiæ auctoritatis gratiam derogando, quæ ipsorum incolumitati unicè prospexerat. Extero tamen hæc erat, ferèque ignoto; cum illa indigenæ esset affinique Principi juncta. Vicit suprema potestas: cessere leges, ac numquam transgrediendæ Regni consuetudines; quæ non modo in medium latæ, sed & propemodum propugnaturæ spectabantur; ni rationibus evicti, æquà in majestatem reverentiâ fideque retentâ, populi tran-

tranquillè ad a obsequium rediissent. Quot in ipso Emanuele, ac Ioanna animadvertenda! Primò uxor eius Maria, filia Ferdinandi tertia matrem Isabellam, Castellarum, & patris opum heredem, referebat. Poterant itaque in maximam hereditatis partem adsumi. Emanuel insuper secundus cùm Eleonorâ primi Philippi primogenitâ nuptias inivit, ex illa Ioanna ortâ, quæ in inclytam Domum Austriacam Hispaniarum Monarchiam congessit. Hic tamen 200 m. nummis aureis dotis nomine receptis, neq; in publicam Honestatem, neque in Pactorum sacramenta consurrexit.

a *Idē hist. Hisp. To.* 2. *l.* 27. *c.* 3 & 14.

His addas, Aragonis hereditatem, lege omnino adversante, ad Ioannam nullo modo spectasse: in ipsam nihilominus patris jussu collatam: nullum ex adverso Mariæ jus in Principatus addictum. Siluit tamen Emanuel; nec Franciscum Galliarum Regem reclamasse comperimus; cùm Eleonorâ ejusdem tot Regnorum heredis filiâ sibi in matrimonium adscitâ; ducētis mil-

libus

libus nummis aureis contentus; idque Ceſſionis gratiâ, ab Eleonora in Caroli V. commodum exactâ) numquam ſuppleri dotem poſtulavit; quæ, ut impar, læſionem obtendere non immerito, ac Ceſſionem, prò Gallorum ſententiâ, reſcindere poterat.

Succeſſiones ergo fatali nexu diſtringi, nec, ni ſi nefario conatu laxari poſſe perperam Aſſertor Gallus pronuntiat: ipsâ docente Hiſpaniâ, regalem providentiam nullis conſuetudinibus, vel Inſtitutis obnoxiam; ſuomet arbitrio in bonum pub. uti. Succeſsiones tunc à Regnorum jure, & ſuprema rectoris auctoritate dependent, cùm bono pub. conſuetudines, etiam attritæ, deſerviunt: perinde ac urbium propugnatores turrium pinnas, ac mœnium ipſorum fruſta in ſummo diſcrimine avulſa, in oppugnatorū capita demittunt: ædium poſtremo, atque templorum ſtrage arcem tuentur; in uſum quippe cordis remotiora membra emancipare plerumque vitale. Verùm, ſi, te magiſtro, nequit Princeps à fortunæ de-

debacchantis impetu cum successionum regulæ detrimento publicum bonum redimere; quî nam potuit Gallia leges avitas, ferèq; cum ipsis Regnorum fundamentis coortas, evertere? dùm minoris Brittaniæ, Burgundiæ, & cuiuscumque nationis vel armis, vel astu, vel heredum feminarum titulo conreptæ, mores regimina, jura cuncta invertit, obliteravit, demersit?

Audin Narbonensis Galliæ Calabrum Duci præreptæ adhuc usque prolata lamenta? Burgundiæ Ducatus, alta pace florente, ab ulnis pupillæ evulsi, in longum extensos gemitus? Barrii provinciæ Imperio Romano corrasæ; postremò Lotharingiæ conscisæ partim, partim insidiis circumventæ, querelas? Viden ipsius Principem solio deturbatum, Patria extorrem, sui incertum; innoxiumque successorem; spectatissimæ indolis, spei summæ, ac regiæ virtutis juvenem eliminatum, invisum, alienâ fortunâ suæ injurias reparantem! Quidni Gallicæ aviditatis flagitium objurgant, famam distrahunt, tardamq;

Nu-

Numinis iram ultionem properare compellunt? Negat nihilominus Assertor; negat. Frustra tamen tricas, & apinas eloquentiæ melle delibutas consarcinando; auditores prensat. Liquet enimverò quibus fuerit artibus Caroli Ducis defatigatus animus, lenociniisq; illectus, ut vim Principatus in Gallicam fortunam conferret, summamque sortem sibi à Deo largitam exueret; eo nimirum pretio, quod specie illustri, rè, inani, perenne exilium extremamq; fortunam solatetur. Stirpem talem, ac tantam, Europæ Decus, ipso barbarum testimonio, atque Palestinæ monimentis inclytam, proh scelus, ab avito solio detrudi, & quasi à geniali solo avulsam, in peregrinum & infensum deferri non pudet: ubi Cœli gravedine, aeris insolentiâ confecta, ipsoque genialis culturæ munere destitua, sterilescat. Ast hùc sacra successionis necessitas fatalo stamine illigata qua religione servatur? Huc respiciendum ò Gallia, viresq; ingenii impensius adhibendæ, quibus Regum potestatem enervare, ac

ac providentiam, quà populorum felicitas ſaluſque defenditur, atrociter inſurgis.

Ius ſucceſſionis interdum pro Regnorum uſu pervertere convenit, licet: Vitio quandoque naturali, quandoque morali ſucceſſoris: qui, niſi ingenti, urgentique de cauſſa excludi, nec ſine populorum poteſt conſenſu. Ipſe verò nulli neceſſitati obnoxius, legi devinctus, vel ſui, vel boni pub. gratiâ excludere ſe, atque recedere poteſt. Regalium autem ius Succeſſionum non eſt ferrea lex Fatorum, non præceptum hominibus à Deo injunctum; ni forte & facundi provocatoris dicta, eâ, quâ Glauci herbula, virtute pollent; quæ illaborata apotheoſi mortales divinitate donabat. Flecti poſſe ſucceſſionum Legis rigorem dicimus, ab illo dũtaxat, qui jus habet, ac moderatur; qui regnat, non uſurpat. Princeps enim in ſuiſmet ditionibus ſummus; in alienis minor, ac exterus, nec ingredi debet, nec jubere poteſt. Adverſus hunc legem ſucceſſionis fatalem, ferream immo adamantinam

nam esse fatemur.

CAP. XI.

Propositionum epilogus adversus Assertorem Gallicum firmatarum in præsenti Tractatu.

MAnifestè apparet igitur non recta Galliæ intētio: iuxtaq; retusa jacent acuminata illa dicacis Assertoris argumenta. Ius en VERITATIS vindicatum eâ rationū, auctoritatum, atque exemplorum ope, quâ stipata hostem dejecit. Et ecce sanctum illud Gallici Iuris simulacrum, quod ab Assertore elegantissimo & oris, & incessus venerabili schemate circumfertur, dum VERITATIS horret occursum, male junctam compaginē solvit: sinuosisq; laciniis populo ridendis in orchestra relictis, fluxis, & evanidis membris in nebulas abit. Æquitatem, ac validitatem Cessionis nullo turbine quassandam firmavimus. In eam totis animi, iisque non vì, non metu non reverentia impeditis viribus, Principem con-

consensisse; cum sibi res omnino innotesceret; illa sui juris esset; adulta, libera, omnium capax. Cessionem hanc à legibus permissam, plerisque Hispaniarum principibus feminis, Galliarum itidem, atque Italiæ usu venisse; eandem ab universa Europæ consuetudine, ac Iudiciorum constantiâ fulciri. Pacta à Regum prævio, ipsiusque Principis Teresæ consensu sancita. Quæ bonâ fide gesta, eadem & juramento sacrata. Connubii effectum omnia perfecisse: à Connubio verò Pacem, & Christiano orbi tranquillitatem emanasse.

Bonum publicum, Regnorum utilitatem, Hispanicæ Monarchiæ regiæque stirpis columen potissimum Cessionem respexisse. Necessaria hæc, magnique ponderis, & nullo pacto posthabenda. A Cessione Conjugium; ab hoc Pacem effluxisse. Tria, sed in unum coacta, & individua opera.

Dotem certè statuto tempore nō præbitam: in hoc attamen Galliam, quæ acta rata non fecerit, arguendam.

Do-

Dotem promiſſam neque cauſſam, neque conditionem Ceſsionis extitiſſe: ipſius repræſentandæ quãdocunque opportunitatem adeſſe.

Regem Cath. qui ex Boni pub. neceſsitate quibuſcumque legibus derogare poterat; quaslibet in Cõtractu ommiſsiones ſuppleviſſe: ſummâque ipſius, atque Chriſtianiſſimi poteſtate, Legi & Conſuetudini cuicumque adverſanti derogaſſe.

Hæc omnia legitimis adductis rationibus, & cauſſis decreta: non ſine majorum exemplis; ſpe optimi eventus: annuente Chriſtianiſſimo, utroque Regum Senatu probante.

Ceſſionem Reginæ Tereſæ ad normam Reginæ matris exactam; æqualem prorſum in omnibus extitiſſe: æquè igitur cum illâ vi, ac natura pollere.

Belgij Provincias ad Principem, nunc Galliç Reginam feliciſſimam nullo modo ſpectare. Numquam in Principatibus, nuṁquam inter Principes jus Devolutionis invaluiſſe: at inter plebejos tãtum: ideoque prò arbitratu à filijs repudiari poſſe.

Fœminas à secundis nuptijs ortas in Principatibus, exclusis masculis, non succedere. Philippi tantummodo Romanorum regis, & Caroli V. Cæsaris indulgentià in successioni Ducali Brabantiæ, si virilis desideretur proles, admitti.

Provincias Belgicas sanctione Caroli ejusdem in unum, idemque inviolabile, atque individuum corpus coactas.

Quatuor ordine certo Monarchas in ijsdem jus devolutioni è regione oppositum, nullo reclamante, potius verò acclamantibus populis, fundasse.

Supremorum Principum dignitatem leges supereminere. Dari sanè leges, quibus obtemperent: sed modi ac temporis ratione servatà.

Mores, atque Regnorum Decreta, etiamsi juramento firmata, in casu quocumque servanda. Solvi quandoque posse, si justæ urgeant caussæ; puta bonum publicum; Regni populique salus, atque utilitas.

Regiarum successionum ordinē interdum posse perverti. Licereque

natu-

natu-majoribus, vel cuicumque ad quem ſpectet, privilegium cedere.

Prò temporum uſu, ac Reip. neceſſitate (ad quam bonus Princeps unicè proſpicit) in ſuamet domo immutari poſſe.

Multorum Principum, qui Deo ſe dicaverunt, exempla: Hiſpanorum itidem, ultra quatuor Auſtriacos. Belgij dominos, qui ſucceſſionis ordinem turbaverunt, indubiam rei afferre fidem.

Cùm igitur lex humana ſupremam dignitatem, quæ ſaluti pub. incumbit, anguſtare nequeat; & Rex Cath. decreverit lege ſummæ ſuæ Poteſtatis pleno robore latà, Ceſſionem filiæ ſuamet materiâ, atque rationum pondere validam, ac inviolabilem habendam: & cùm ipſa, rexque maritus ratam hanc, & firmam dixerint; neceſſario Honeſtati, & Æquitati inhærentem, inconcuſſam, & immobilem dicimus, ac perennitati ſacrandam. Intentiones vero Galliæ, atque jura præſumpta, flagrantiſſimæ proferendi Imperij cupiditatis (cuius nomen anxiè bonus arcet Aſſertor) male

concinnatos prætextus, atq; æstuosa esse molimenta.

CAP. VLT.

Symperasmatos Aßertoris, eiusque parenæseos examen.

SI Assertoris ingenium Atheniẽsium tempora illustrasset, à Tribunalibus profectò Græcorum illi sapientissimi tàm facundum arcuissent; ne insidiosæ eloquentiæ decipulis mentes Iudicum illigaret. Sed cùm provectioris seculi beneficio ars facilius deprehendatur; jamque palpantibus verbis suetæ aures, sonum captent, vim non admittant; obstrepere & heìc illum, & Curiam tam ingenti orationis flumine inundare patiamur. Quòd si quales, a quot ex ore Gallicus Hercules jacit catenis, trahi viros adnotaveris; rude vulgus ac imperitum esse comperies; vel id genus homines, qui nova & incerta, quam tuta, & præsentia malunt. Cæterum ab Vlyxis exemplo docentur boni viri, ubi litus venefico Syrenum cantu personer,

net, ibi ceram auribus obdere, & feliciori voluptate, dulcissimi scilicet monstri ruinam spectando; nobilioris sensus explere cupidinem. Sed quid sibi volunt illæ, quæ inter suasoriæ orationis ver mollissimum rigent spinæ? Etiam minaris? Quid fibula male vestes conjungit, & sub toga thorax intermicat? Non est sanè idem argumentis cohortari, rationibus ducere, Iustitiam prætendere; & minis animos deterrere, manuque ad capulum admotâ, armatam caussam indicare. Ni populi Hispanico detrectato sacramento, innovi Principis verba juraverint, adsunt vires, & arma. Bona verba, sodes. Velamentis quid opus, ubi jam facta verborum ambages solvant? Pacem interim, ridente Europa, nõ violari clamitas; in propria jura tantum pergi; quæ si denegentur, vi conquiri: Belgas itidem, si obstent, pro defectoribus haberi. Interea vastari agros, obsideri oppida, fundi gentes, exscindi mœnia. Sibi pars, Iudex, Tribunal, omnia, Gallia caussam dicit; fert calculos; provincias assignat; occupat; novum

illis dominium indicit, veterem pellit. Quid plura? Moderata illa, non proferendi Imperij cupida; Iustitiæ cultrix; tenax Honesti, boni, & æqui consulens; hoc magnis suis titulis addit, hoc de seculo meretur; hoc dat Famæ traducendum in posteros egregium facinus; post fœderum sancta, post Connubij sacra, se nondum frigescentibus aris, nondum alterius Regum, qui sanxere, Extincto rogo; sanguinis, & Pacis calcatis fœderibus, cognatam Hispaniam Lusitano bello detentam provocasse. Puerum Regem vix a Cunis exemptum, nondum tantæ moli pacem, nondum curis, capacem; curis onerasse; & ferè sacrilego impulsu à solutæ ætatis otio atq; dulcedine raptum, in severioris ætatis studia inveisse; in eamque conjecisse sortem, ubi pericula ipsa, antequàm periculi nomen, cognosceret.

Si Galliæ jus adest in Belgium: & Hispania jus habet; quæ per ducentos & ultra jam annos Belgium possidet. Si fidendum scriptis, & ingenijs; Imperij ditiones, & Castel-

ſtellarum, & Aragonis, mediamq; ferè Italiæ partẽ, quatuor tibi ſcriptores addicunt. Si, quæ nobis noſtri indicant, aggrediamur; Philoſophus qui alios excogitet Orbes eſt conſulendus. Quid ergo? Civiliter agendum; cauſſaque Rationi, non Fortunæ committenda.

Pacta, & juramenta ſervare, Naturæ legem eſt adimplere, a cui Salica reluctari non poteſt. Iubet ipſa Natura Regibus fore præcipuè fidem inviolandam; quæ toto ſuo numine in regum animis fulget. Cùm ergo nulla ſit cauſſa fœderis in Pyrenæis icti, violandi; fœduſque juramento ſacraverit Ludovicus; cur legum auxilium implorat, qui legum opem tùm ejuraſſe fatetur, Aſſertor?

Statuat Gallia tandem felicitati modum. Satis Chriſtiani ſanguinis fuſum. ſatis noſtro periculo res barbarorum firmatæ. Alio te inducebant,

N 4

a In Principe duplex reperitur obligatio, &c. Altera naturalis, Quid .n. tàm naturæ cõſentaneũ, quã iuſta promiſsa ſervare? Altera propter Principis dignitatem, quę agitur in fide ſervanda, etiam cum detrimento; cum violatæ fidei omnibus ultor ac vindex eſse debeat: nec à Principe perfidia gravius crimen admitti poteſt. *Invocent. C. Apoſtolicam. de re Iudic. Conſ 97. lib. 3.*

bant hominum vota, ferox, & felix Gallia, ab ipso tanti Regis ortu faustis ominibus aucta: Alibi juvenem fatali genere, opibus armis, populis florentem, virtute illustrẽ opperiebatur communis Christianorum expectatio. Ille finitimo bello implicitus, adfiniumque terminos prætergressus, infra adiacẽtium regionum limites gloriam suã coarctans, ocium dat publico nostri nominis hosti; qui (sit venia dictis) tàm ingentem fortunam lacessere non dubitavit. Erunt igitur erigenda de Belgis tropæa, ducendus de Christiano populo triumphus? Pretia satis dignà prò tot effusis Thesauris, deletis exercitibus, attritâ famâ, oneratà conscientià, contractà undique invidià; prætia satis, inquam, digna videntur pauca oppida, inermes populi, intectæ urbes ab patrimonio pueri, & consanguinei Regis avulsæ? Felix nimium Gallia animum intendat: scenam Fortunæ spectet; sciatque maximæ cuique sorti non esse credendum. Si in prosperis bonam mentem darent Numina, & vincere, &

vi-

victoria uti homines scirent. Tutior est pax certa, quam sperata victoria. Robur quod ostentas, & nobis adfuit; seculo elapso teste, quod Fortuna Gloria nostra fecit illustre. Nunc tuæ non invidemus; nostræ occasum non pertimescimus. Recurrit perpetuâ vertigine per humanas vices Fortuna, quæ numquam minus, quàm in belli eventu respondet. Rex tuus invictus tot exercituum stipatus præsidio; lilijs circum fulgentibus, suo numquam sub sidere deciduis, simul annis, & prosperitatis claritudine floridus; Sortis item muneribus, ac obsequio elatus; abhorrebit fortasse à quietis consilijs. hoc tamen advertat, rogo. Vanos Regum evadere conatus, qui præsenti potentiâ credunt extingui posse etiam sequentis ævi memoriam. Pacem postremò, in sua; victoriam, in Fortunæ manu esse.

Livij, & Taciti.

FINIS.

ACTVS CESSIONIS stipulatus ab Infanti D. Maria Teresa Pridie quam nuberet Regi Christianissimo Tertio Nonas Iunij Fontarabiæ.

D. Maria Teresa Infans Hispaniæ, Dei gratia Galliæ futura Regina, Primogenita Altissimi, Excellentissimi, & Potentissimi Principis D. Philippi IV. eâdem gratiâ Regis Hispaniæ Catholici, mei Domini, & Altissimæ, Excellentissimæ, & Potentissimæ Principis Isabellæ Catholicæ Reginæ, quæ gloriâ perfruatur: Hoc chirographo, & cessionis actu, illud ultra, quod insuper continet, notum sit, & compertum illis, qui notionem quomodolibet habebunt; propter articulos secundum, & quartum tractatus mei connubii, promissi cum Altissimo, Excellentissimo, & Potentissimo Principe Ludovico Decimoquarto, Rege Galliæ, Christianissimo, conclusi in In-

Infulâ Phafiani appellata; in plaga Bidaiola in limine Guipufcoæ Provinciæ, in his, & Gallicus finibus, idus Novēbris anni præteriti 1659. Stabilitum, & firmatum effe (caufsâ, & refpectu huiufce connubii, ut Dotem meam, meaque propria bona transferrem) pollicitatione Regis Domini mei dandi mihi quingentos mille Solis aureos, qui folvebuntur, & deponebuntur loco, & termino in dicto articulo, ut fupra, Chriftianifsimo Regi, aut perfonæ, cui conceffa poteftas fuerit: illorumque me debere effe, habereque contentam pro omnibus & quibufcumque rationibus, quæ ad me attinent, & attinere poffent nunc, & in pofterum fuper bonis, aut hereditatibus Serenifsimæ Reginæ D. Ifabellæ Matris meæ; aut fuper futura fuccefsione Regis Domini mei (quem Deus tueatur) & fupra id omne, quod cōpetere mihi poffet, atque convenire, veluti Filiæ, & Hæredi earundem M.M. pro earum iuribus, & capitibus, & pro quolibet alio titulo cogitato, aut non excogitato, fcito aut ignorato;

& pro linea paterna, & materna, recta, & obliqua mediata, aut immediata: & cum sit celebrandum Matrimonium pręsentis fide, cessuram me, & repudiaturam omnes meas rationes, & actiones Regi Domino meo, & Personis, quæ eius vicem gerent, & quibus ejusdem placebit Majestati; ut stipulatum, & declaratum fusius fuit in dictis articulis secundo, & quarto, quos ego legi, & legere sæpius audiui antequam assentirer, & iste firmaretur actus, quem hìc transferri jubeo, & de elemento ad elementum, & de verbo ad verbum inscribi; quorum sequens est tenor.

II.

Suam Catholicam Majestatem polliceri, & obligari dare & daturã Serenissimæ Infanti D. Mariæ Teresæ prò dote, in conjugio cũ Rege Galliç Christianiss. in solutum ejus Christianiss. Majestati, aut cui ejusdẽ cõtigerit potestas, & mandatum 500000. nummos Solis aureos, aut æquale pondus in urbe Parisiorum:

quæ

quæ ſumma ſequenti modo ſolvetur. Tertia pars tempore conjungendi connubii: Altera fine anni: ultima autem pars ſex ſubſequentibus menſibus; ita ut integra ſolutio dictæ ſummæ 500000. nummorum aureorum decem, & octo menſibus fiet termino, & partitione nuncupata.

IV.

Prævia vera ſolutione facta ejus Majeſtati Chriſtianiſsimæ, aut perſonæ, cui ab ipſa mandatum fuerit accipere ſummam ſupradictorum 500000 ſcutorum Solis aureorum, aut aliud æqui ponderis, termino nominato, Sereniſsimam Tereſam Mariam fore, & eſſe dictæ dotis contentam; abſque quòd nullum illi remaneat perfugium, actio, aut ius petendi, aut poſtulandi id, quod pertinere ad eam poſſet aliorum bonorum, iurium, actionum ſuper hereditate earumdem Catholicarũ M.M. eius Parentum: ſive reſpiciat earumdem Perſonas, ſive quemlibet, aut notum, aut ignoratum modum

dum; hòc profectò, quia secludi debet a toto cuiuscumq; conditionis, qualitatis, aut naturæ sit: & priùsquam perficiantur Nuptiæ renũtiabit ritè omnibus securitatibus, solemnitatibus, & firmitudinibus conquæsitis, & necessariis. Id autem ipsa faciet ante Connubium præsenti fide, & post celebratum connubium approbabit, & ratum habebit iunctim cum Christianissimo Rege ijsdem securitatibus, & solemnitatibus, quibus priorem fecerit renuntiationem, & ijs, quæ magis necessarię videantur: quibus obligari debebunt, & nunc pro tũc obligantur Majestas Christianissima, & Sua Celsitudo: & si fortasse non facerent dictam cessionem, & ratihabitionem; factæ, & persolutę nunc pro tunc intelligantur vi hujus Tractatus: Quæ debebunt esse in forma magis efficaci, & qua fieri possit decenti, pro earum validitate, & robore: cum omnibus punctis, derogationibus, abrogationibus omnium, & quarumcumque legum, morum, usuum, constitutionum, & contrarietatum, quæ eas

aut

aut omnino, aut in parte impedirent; à quibus hoc effectu Catholica, & Christianisima M M. se debent nunc pro tunc abdicare robore approbationis, quam facient præsentis tractatus.

Et cum Dei gratiâ majorem sub eam annis viginti ætatem; & paucos intra dies, favente Deo, nostrũ perfici debeat per verba de præsenti Conjugium: & cum certior facta sim, & admonita & satis superque educta de substantia, & effectu dictorum superius articulorum; agnosco, & agnovi, ex futura successione Regis Domini mei, & hereditate Reginæ Matris meæ nõ posse ad me pervenire, nec attinere rigore hereditatis, & legitimæ dictam summam 500000. nummorum Solis aureorum; & cum ad me pertinere posset, hanc esse dotem valde decoram, majoremque ijs, quæ alicui Infanti Hispaniæ concessæ fuerint: & Regem dominum meum induci ad tantam tribuendã, ut mihi faveat, & in consideratione m, & gratiam Christianissimi Regis; ut causâ hujus connubij asse-

quantur

quantur effectus, quorum in eodem fit mentio, adeò bono pub. Christianitatis quieti necessarij; & ab utroque Regno exoptati. Ideò meâ certâ scientiâ, & notione, & gratâ, spontaneaque voluntate approbo, & observari jubeò, & adimpleri id, quod deliberatum, & decretum à duobus articulis fuit; & intelligi hoc connubium concludendum esse, & perficiendum sub conditionibus contentis, & declaratis; sine quibus futurum nunquã fuisse, ut pervenerit ad statum, ubi in præsens est. Et illico me contentam dico, & integrè, & omnino satisfactam prò eo, quod mihi modò convenit, & convenire in posterum posset propter quodcumq; jus cognitum, vel ignotum futuræ successionis, aut hereditatis earum Catholicarum M.M. meorum parentum; & causâ legitimæ paternę, & maternæ, aut ipsarum supplemento; aut ratione alimentorum aut dotis; tàm ex liberis facultatibus, quàm Coronæ subiectis, suis Regnis, Statibus, & dominationibus; etiamsi nulla mihi, meisq; re-

maneat

maneat actio, aut fubterfugium in fuam M. aut fuccefsores fuos petendi, aut flagitandi, me majorem ad me fpectafse fummam, aut partem pluris pretij, & valoris, quàm dictorum fcutorum 500000. Vnde volo iftam cefsionem intelligi quoque de quolibet alio jure, aut actione, quæ mihi competere, & attinere pofsent propter hereditatem, aut fuccefsionem alicuius iuris, aut coniuncti rectâ, aut obliquâ lineâ, aut propter caput, & perfonam, & ut filiæ fuarum M. M. utrafque relinquo, & cedo, cuiufcumq; fint conditionis, naturæ, qualitatis, ponderis, & valoris; cedo abrenuncio, & ad Regem meum dominum traduco, & in eius heredes, & fuccefsores univerfales, ac fingulares, qui fuo iure fruenrur: ita ut difponere ijs ipfe, ut videbitur ipfi congruum pofsit, tàm dono inter vivos, quàm teftamento, & eftremâ voluntate: abfque quòd obligetur eius Majeftas inftituere me heredem, aut relinquere legatariam, aut mei meminifse; etenim ob dictos effectus dico iudicandam me, & exiftimandam

dam exteram esse; & ut tali nullum relinqui debere mihi reclamandi, aut conquerēdi locum: etiamsi Regis Domini mei hereditas, quam relinquet, opulentissima fuerit, tátique pretij, ut eius ad me velut alteram ex filijs suis præsentibus, aut futuris pertinere posset summa major istis 300000. nummis; licet etiā longissimè excederet; casusque daretur (quod Deus avertat) paterni obitus tempore unicam me filiam superesse: fratribus meis ereptis ceterisque suis descendentibus; ut nullus meo nomine, & pro me expetere possit aliquam portionem majorem bonorum, vel legitimam, aut hereditatem Regis Domini mei promitto nullo tempore, nec aliquo jure, vel prætextu, me consensuram alios agere contra hanc meam renuntiationem, & cessionem à me factam iurium meorum, actionum, aut prætēsionum; promitto me non permissurā quavis ratione, vel prętextu adductam, quempiam contra meam ullo tempore Renuntiationem hanc agere, & desistentiam quam facio, & recessum à meis Iuribus,

ribus, actionibus prætenfionibus. Ego defifto, & junctim renuntio omnibus, & fingulis remedijs ordinarijs, & extraord. quæ ad me attinent, aut attinere poffent jure cõmuni, & lege hujus Regni, & fpeciali privilegio, & præfertim illo Reftitutionis in integrum: ætatis defectui inhærens, vel læfioni enormi, aut enormiffimæ; aut afferendo, dotem, contractus hujufce caufam extitiffe; aut fub incertitudine bonorum, quæ renuncio; ut nullo dictorum remediorum, aut perfugiorum utar, aut uti juftè poffim, aut conteftatione. Nec ideo ego, aut Filij, & Heredes mei audiri, aut admitti poffint: firmèque fit negatus aditus deducendi utilitatem, aut proponendi intus, vel extra judicium, per viam magiftratuum, aut perfugij, aut fimplicis querimoniæ: immo femper, omnique tempore obferuandum, & adimplendum fit illud, quod nominato articulo conclufum fuit, & quantum in hoc actu promifi circa approbationem, & confirmationem: promittens, Regiæ fidei facramento,

to, servatum perpetuò & adimpletum inviolabiliter iri sub obligatione à me facta meorum bonorum, censuumque, quos possideo, & possidebo: concedens insuper potestatem Consilio Suæ M. Catholicæ, & suis successoribus Regibus, & personis, quibus innitetur huius actus executio, ut exequi, & observari curent diligentissimè. Ad majorem interim validitatem per Sancta juro Evangelia, in Missali, quod dextera attingo, contenta, me omni tempore, & quousque mihi stabit arbitrium, observaturam eum, & adimpleturã: nunquam asserens, nunquam adducens, me ad hac faciendum blanditiis impulsam, reverentiâ inductam, hortatam veneratione, qua colere Regem Dominũ meum debeo, qui paterno sub imperio tenuit iam, atque tenet. Nec non declaro eius Maiestatem è meo pependisse semper arbitrio, & voluntate; hocque liberum, omnique solutum metu habuisse in omnibus, quæ ad hunc spectant contractum: promittens, nunquam petituram me fore solutionem istius iuramen-

ti à Sanctiſſimo noſtro Patre, aut à Sancta Apoſtolicâ Sede, nec eius Nuncio, aut a latere Legato, nec perſonæ cuiquam, quæ habeat eam mihi procurandi facultatem. Quod ſi mei, aut alterius nomine peteretur, aut ſponte, nullo petente, concederetur, eâ non utar, licet nihilo prorſus id inſerviret, quàm ad Iuſtitiam accedere; non attingẽs vim, aut ſubſtantiam ſuperius dictorum Articulorum matrimonij, aut hanc præſentis actus; quem, ut eos confirmem, facio: etiamſi id eſſet qualibet clauſulâ quæ huic juramento derogaret. Et poſito, ſemel hoc eſſe, iterumque mihi conceſſum; nova inſtituam juramenta, donec unũ edam, quod omnes indulgentias ſuperet: quo declaro, & polliceor, me nec conqueſtam, aut proteſtatam fuiſſe, nec clam, aut palam conqueſturam unquam fore, ut huic promiſſioni, aut obligationi diſſentiar; & harum robur enervem; Et ſi quando hoc facerem, quamquam id eſſet alio huic adverſanti juramento; nec iuvare, nec afferre mihi aliquam poſsit utilitatem. Et

promitto, & me obstringo, statim; ac nupsero unà cum Christianissimo Rege, quòd dictos articulos secuta, ipsamet cum sua Christianissima Majestate iunctim alium faciam actum cum omnibus conclusionibus, juramentis, & obligationibus necessariis; inserentes illic eadem omnia, quæ acta hic Fonterabiæ sunt, ubi Rex Dominus meus una cum tota Aula commoratur. Tertio nonas Iunij huius anni 1660.

Coram Rege Domino nostro, qui nominatam cessionem sequens, dicit ejus Majestas Catholica, se suâ regiâ auctoritate supplere, & suppleri velle vnicuique defectui, & ommissioni facti, & dicti, substantiæ, & qualitatis, usus moris, quæ accidere posset in hoc Cessionis actu legitimæ, & futuræ successioni; quam fecit, & accordavit, Serenissima Infans Regina Galliæ desponsa charissima sua, & dilectissima filia; qui plenâ sua, & integrâ potestate, ut Rex omnibus in mortali fortuna supereminens, confirmavit eum, & approbavit, & cõfirmat, & approbat, derogans hac

vice

vice cuicumque legis ordini, consuetudini mori; qui huic obstare possent effectui, & executionem dirumperent. Tutiori itaque fide iubet Regiâ gemmâ signari.

Præsentibus rogatis testibus D. Aloysio Mendez de Haro March. del Carpio, Comite Duci de Olivares. D. Ramiro Nunez de Guzman Duce de Medina las Torres. D. Gaspare de Haro March. de Helice. D. Io. Dominico de Guzman Co. de Monteregio. D. Didaco de Aragone Duci de Terra nova. D. Gilio Raymundo de Moncada March. de Aytona D. Pietro Portocareto Co: de Medellin. D. Pietro Colon de Portugallo Duce de Veraguas. D. Antonio de Peralta Vrtado di Mēdozza March. de Mondejar. D. Alonso Perez de Vivero Com. de Fuenseldania e Consilio Status. D. Didaco de Tajada Episc. Pampalonensi. D. Ioa. de Caravajal &. Sandi e Consilio Cameræ. Pluribusque aliis dominis, qui adfuere.

Io el Rey
Maria Teresa

Ego

Ego D. Fernandus de Fonseca, Ruiz de Contreras Marchio de Lapilia Eques Ord. S. Iacobi, Bellici Consilii Cameræque, Indiarum, S. M. Cath. à secretis Status, & Dispatii, notarius in suis Regnis, ac Dominiis, qui adfui Iuramento approbationi, & rei cuicumque heic superius contentæ, fidem facio; dicoque, dictos articulos 2. & 4. Matrimonii eos esse qui supra nominentur; omni fide expressos, extractos & cum Originali collatos, quod in mea manu est. In rei ergo fidem & veritatis testimonium signavi, & subscripsi manu & nomine meo proprio.

D. Fernand. de Fonseca
Ruiz de Contreras.

Cum Regi Cath. Domino meo placuerit iubere mihi Blasco de Loyola Comend. Villæ Rubiæ de Occania Ordinis & Equitatus D. Iacobi, & è suo Consil. & Status Secretario, ut redderem exemplar suprascriptum Cesionis Infantis D. M. Teresæ filiæ suæ, & hodie Reginæ Gal-

Galliarum; fecit, & authenticavit coram D. D. Fernando di Fonfeca Ruiz de Contreras, March. de fa-lapilla, Eq. Ord. S. Iacobi Confiliario Bellici Indiarum, & Cameræ S. M. Cat. Secret. Status & univerfalis difpatij, ac Notario in fuis Regnis, & Dominijs; legitimæ paternæ, & maternæ, ad mittendum D. Stephano Gamarra fuo ad Status generales Regionum Belgij; quod cum ille exequutus effet; ego fidem facio hoc exemplar cum Inftrum. Originali concordare, quod in mea manu eft, & cum quo facta fuit collatio. Vnde ut hoc conftet, figillum regium addo, quod in mea manu eft.

Madriti 16. Iulij 1663.

Blafcus de Loyola.

L S

O DE

DECLARANTVR ARTICVLI *Quintus, & Sextus Cessionis spectantes ad exclusionem Principatum.*

D. Maria Teresa Hispaniarum Infans, & Dei gratia Galliæ futura Regina, primogenita Filia Eccellentiss. Potentissimique Principis D. Philippi Quarti eâdem gratiâ Catholici Hispaniarum Regis Domini mei (quem Deus felicissimè fortunet) & altissimæ, excellentiss. potentissimæque Principis D. Isabellæ Catholicæ Reginæ illustri memoriâ meæ Matris, & Dominæ (quæ Cœlo vivat) propter relationem, notitiamque illius instrumenti, & actus approbationis, confirmationis, & ratihabitionis, & cuiuscunque magis continet; ut in perennem duret memoriam.

Notum ego, & manifestum facio Regibus, Principibus, Potentatibus, Rebuspublicis, & priuatis hominibus, qui sunt, & erunt in futuris seculis: quòd cum Altiss. Excellentiss. Potentiss. Princeps Ludouicus Decimus quartus Rex Christianiss.

ſtianiſs. Galliæ, meus conſobrinus fecerit, ut ſui nomine peteret, particulari legatione, Dux Mareſcallus Gramontij meas nupias, atque connubium pro dicto Rege Chriſtianiſſimo meo conſobrino à Rege Catholico meo Domino: & quod cum ſua M. Catholica ponderaverit tale officium, & propoſitionem, habens debitos reſpectus ſubiecto qualitatis, & decoris publici, quæ in hoc concurrunt connubio, concordavit, atque conſenſit, ita tamẽ, ut præcedat Sancti Romani Patris venia propter affinitatem, & conſanguinitatem me conjungentem cum Rege Chriſtianiſs. meo conſobrino; & poſtea ex hujus pactionis robore, & compoſitionis peractæ, ex poteſtate utriuſque M. M. Catholicæ, & Chriſtianiſſimæ decretum fuit, atque firmatum inſtrumentum noſtri conjugij 7. Idus Novembris anno præterito 1659, in Inſula Phaſiani; & plaga Vidaioſa, in confinio Guipuſcoæ, inter hæc, & Galliæ regna: ut in articulo quinto, & ſexto dicti tractatus, declaratum fuit è communi conſen-

su, atque voluntate uniformi statutum, ut res sanè congrua, & post intentam considerationem deliberatum, me, & liberos meos, & hæredes, quibus nos ex hoc coniugio Deus donabit, esse, atque remanere inhabiles, expertes, omnino exclusos à iure succedendi in aliquo Regnorum, Statuum, Dominationum, e quibus hæc corona, atque monarchia componitur Hispaniensis, & in illis, quæ poterunt adjungi eidem M. Catholicæ, & post innumeros, & felicissimos eius dies, suis Regibus successoribus. Omne autem id fuit determinatum conventionis pacto à Principibus, & Regibus supremis (qui inter hæc terrena omnibus supersunt) in gratiam, & favorem publicæ causæ duorum regnorum; huic assentientes etiam propter commune desiderium suorum subditorum; & jubentibus id vim habere, & vigorem legis, & pragmaticæ sanctionis, & ut talem accipi, & obseruari. Et quamquam hoc negotium visum sit propter suum fundamentum non egere aliæ solemnitatis: attamen ipsæ M. M.

vo-

voluerunt, meam me approbationem facere ftatim ac cafus perveniat, celebrationem concordati cõnubij per verba de præfenti effe contractandam; & meam approbationem abundare omnibus claufulis, & neceffarijs folemnitatibus fecundum, & ficut ftipulatum fuit, atque declaratum particularius per actum articulorum quinti, & fexti fuperius dictorum, quorum fenfus ab originali depromptus hic ad verbum infcribitur tali pacto.

V.

Quòd dum M. M. Catholica, & Chriftianiffima confenferunt, & confentiunt tali Connubio, ut perennent hoc vinculo, & confirmét infuper publicam Pacem Chriftianitatis, nec non amorem, & fraternitatem, quæ defideratur inter fuafmet M. M. & in confiderationem juftarum caufarum, quæ patefaciunt, & fuadent decentias fubdicti connubij, mediante quo, & favore Dei, & gratiâ fperare poffunt felices eventus magno bono,

& incremento fidei, & Christianæ religionis, & communi beneficio regnorum, populorum utriusque corona; Respectù publici status, & earum conservationis, quæ cum magnæ sint, non conjungantur, & præoccupentur occasiones, quæ esse possent eas conjungendi: & in considerationem æquitatis, & aliarum justarum rationum; est decretum pacto convento, quod M. M. jubent vim habere, atque vigorem firmæ legis in favorem suorum regnorum, & publicæ rei, quod Infans Serenissima D. Maria Teresa, & filij, quos habebit, masculi, aut fœminæ, suique heredes tam primogeniti, quàm secundi, tertij, & quarti &c. quocumque inveniantur gradu, perpetuo, & omni tempore non possint succedere, nec succedant in Regnis, Statubus, & Dominationibus eius Catholicæ M. expressis in præsenti tractatu: nec in reliquis aliis Regnis, Statubus, Dominationibus, Provinciis, Insulis, adiacentiis Feudis & propugnaculis, quæ sua M. Catholica, & nunc possidet, & ad ipsam attinēt, aut poterunt

terunt attinere tùm in Hifpania ; cùm extra ; & quæ in pofterum M. Catholica, fuique fucceffores habebunt, poffidebunt, aut ad ipfos attinebunt: neque in omnibus illis comprehenfis inclufis, & ipfis aggregatis: neque in omnibus illis, quæ acquirentur, aut quocumque addentur tempore ad fupradicta regna, ftatus, & dominationes, & quæ repeterentur, aut devolverentur quocumque titulo, aut caufa, quæ fit aut effe poffet: etiamfi vivente Sereniffima Infante D. Maria Terefa; aut poftea vivente aliquo fuorum heredum primogenito, aut alius, cafus accideret, & cafus ad quos jure, lege more dictorum regnorum, ftatuum, & dominationū, & ob difpofitiones, titulofq; quibus fucceditur, & fuccedere intenditur, debuiffet ad illos attinere fucceffio. Quare nunc declaratur dictam Infantem Serenifsimam excludi ab illis & juribus, & à fpe fuccedendi in talibus regnis, ftatubus, dominationibus, & unoquoq; ipforum; & omnes fuos Filios, & heredes mafculos, & fœminas; etiamfi

dicant, aut dicere, aut prætendere posſint, quod in ipſis non concurrant, neque conſiderari poſsint rationes publicæ cauſæ; nec aliæ ſuper quibus & fundare poſſent hanc excluſionem, & allegare vellent ſucceſsionem ſuæ M. Catholicæ, & Sereniſsimorum Principum, & filiorum, & aliorum filiorum, quos habet, & habebit omnium legitimorum ſucceſſorum (quod Deus non permittat) mortuos fuiſſe: tamen hoc non obſtante, non ſuccedendum fore quocumque caſu, tempore, neque eventu, neque occaſione, ipſi nec eius *Filijs*, aut *heredibus*: nullo habito reſpectu dictis legibus, moribus, ordinibus, & diſpoſitionibus, quarum vi ſuccedi debet,& ſucceditur in omnibus dictis regnis, ſtatibus, & dominationibus, nec legi cuicumque,& mori Coronæ Gallicæ, quæ impedirent hanc excluſionem in præiudicium eius Succeſſorum, tàm in præſens, quàm tempore, & caſu, quo ſucceſsio differeretur: Quibus omnibus, & ſingulis eædem M.' M. debent derogare; & abrogare, in omni

ni quo adverfarentur, & impedirent contenta; adimplementum, & executionem horum articulorum. Et quòd eodem modo fit, ac intelligatur Infantẽ, atque eius heredes exclufam, & feclufos remanere à fuccedendo, aliquo tempore aut cafu in Statubus, & infimis regionibus Flandriæ, & Comitatibus Burgundiæ, karolois, cum omnibus adiacentiis: ut exprefsè declaratur. Quòd fi unquã eveniret (quod Deus avertat, neque permittat) Serenifsimam Infantam viduam remanere, fine filijs huius connubij; tali in cafu ipfam liberam fore ab exclufione nominata, & frui poffe iuribus fuccedendi in omne id, quod ad ipfam poffet pertinere; ideft duobus modis. Primo fi ipfa Vidua, & fine filijs huius coniugij rediret in Hifpaniam. Altero fi ex ufu boni publici, & ob juftas confiderationes ipfa iterum nubere cum confenfu Regis Catholici parentis fui, & Principis Hifpaniæ fui Fratris. In quibus cafibus particeps ipfa remanebit, & apta ad fuccedendum.

VI.

Quòd Infans Serenissima Maria Teresa debebit actum promulgare, antequam celebret, & contrahat connubium per verba de præsenti; obligans se, & suos successores executioni, & observationi illius, sicut supra, circa exclusionem sui, & suorum heredum; approbans secundum, & prout continetur in præsenti Tractatu; cum clausulis suis necessariis, & juramento in hoc contractu insertis. Et facto à Celsitudine sua actu obligationis, & approbationis; alium similem cum rege Christianissimo faciet, statim ac nupserit cum M. Suâ; qui scribi debebit, & approbari a Parisiorum Curia formâ, & clausulis usitatis. Sua autem M. Catholica debebit approbare dictam Cessionem, & ratihabitionem, cum clausulis necessariis, & secundum usitatam formam; curans pariter, ut approbetur ea, & scribatur in sui Consilio Status; & dictæ Renunciatio, ratihabitio, & approbatio cum factæ, aut omissæ

omiſſæ ſint, nunc robore iſtius tractatus, & vi ſecututi connubii, teneantur ac ſi factæ, exactæ, & inſcriptæ eſſent in dicta Pariſiorũ Curia, cum Pax in illo regno publicabitur.

Et interea cum poſt ſupradictum Tractatum noſter S. Pater Alexander VII. diſpenſaverit gradum conſanguinitatis inter Regem Chriſtianiſſimum & me exiſtentis; & approbaverit ſua authoritate, & benedictione Apoſtolicâ noſtri Tractatum Connubii, & eius articulos: & cum occaſio, & tempus pervenerit coniugii celebrandi & contrahendi cum benedictione Dei, à quo ſperari debet ipſi gloria, cultus, & exaltatio Sanctæ Fidei, & felicitas Chriſtianæ reipublicæ: & quia caſus & tempus iam pervenit, quod ad me attinet implendi (ante meas nuptias, atque connubium) propter contenta in articulis 5. & 6. in hoc actu inſertis: & cum maiorem orſá ſim viginti annis ætatem; in quibus placuit Deo Domino donare capacitatem, & prudentiam intelligendi, & comprehendendi ſubſtantiã, & effectum articulorum: unde certior

tior sum, & admonita, cum supradictorum sæpè de illis quæsiverim, & admonita fuerim pendente termino sex mensium decretorum, & publicatorum satis longo, ut habeam debitam satisfactionem iustificationis ipsorum, & sciam id esse negotium ponderatum, atque concordatum à Rege meo Domino, qui desiderat, & curat meum bonum, & meam quietem magnâ benevolentiâ, & sollicitudine: conjunctè cavens publico bono, & cómuni regnorum à Deo ipsi commissorum; quod & Gallica æquè interest; adhuc, ut magnitudinem, & majestatem, quam sustinent, & servant in se ipsis post tot annos, tanto bono, & gloria nominis earũ M. M. Catholicæ, & Christianis. nihil adhuc diminutas, vel interruptas, sustineant, & seruent: quæ necessario diminuerentur, & destruerentur; si mediáte, & causa istius Cõnubii unirentur, & conjungerentur in aliquo filiorum, aut hreedum: Vnde evẽtus subditis inferret dolorẽ, ac tristitiã, quę animadverti potest. Vnde ęquè crędi potest, magna

pro-

promanatura elle damna, & incommoda; quæ demonſtrantur, & facilius cognoſcuntur antequam contingant, quàm poſſint reparari, & ſarciri poſtquam veniſſent, & tolerata eſſent. Placuit itaq; occurrere, & remediis vetare ne veniant; & ut tale connubium ſit diverſorum effectuum cauſa ab illis, qui ſperantur, & debent ſperari à tali medio. Inſuper hoc exemplo, & imitatione faciliora in poſterum evadent reciproca conjugia inter filios meos & pronepotes, & illos Regis Domini mei; Res quæ mihi particularis eſt conſolationis, & lætitiæ; ſicut erit cauſa obligandi, & inſtaurandi ſæpius vincula ſanguinis, & affinitatis; & tutandi, firmandique ſolidius, & efficacius fidem, amicitias, & benevolentias, quæ ſunt à felicibus Principibus ſtrictæ, & contractæ inter duo hæc regna; & in gloriam Dei perennabunt, & remanebunt gloriosè inter illa, & eorum Reges Catholicum, & Chriſtianiſſimum. Cumque hoc bonum publicum, commune ſit digna ratione anteferendum meo particulari, &

meo-

meorum filiorum, & pronepotum: istudque in præsenti statu est parvi æstimandum; cum etiam sit, ut latè patet, valde longinquum: unde illud bonum ad id concurrit in meã maiorem satisfactionem, & justifica tionem hujus Cessionis, & Actus; cũ quo concordando me conformo, & exemplum illius, quem confirmavit in suo Connubio, & ante ipsum Altis. Excellentis. Potentiss imaque Princeps D Anna Hispaniarum Infans, & nunc Christianissima Galliæ Regina, & mea amatiss. atque honoranda Domina. Et quòd pręter considerationes, & causas publicas supradictas, atque causas conservandi ac tutandi Pacem inter has Coronas (quæ pariter concurrunt, & recelebuntur in dicto Tractatu, & Cessione) in præsenti statu cõsideratum fuit ut publica causa, & præcipua magis, & major propter Cessionem in mei connubii tractatu concordatam, ipsumq; Cõnubiũ notissimè fuisse medium, & magis principalem causam sopiendi bellum vigintiquinque annorum inter duas hasce Coronas Catholi-

cam, & Christianissimam (in quam rem habuerant amicitiæ, vel dependētiæ causa majores Principes Christianitatis) & suum universale bonum, & publicum, & supremam causam Catholicæ Religionis: cùm hæc omnia belli causa magnam sint passa detrimentum; cùmque nisi per Pacem remedium afferri non posset, concordatā, ob medium, & causam istius Coniugii, quod nunquam iniri posset, neque Rex Dominus meus consensisset sine Cessione ità dispositâ: res optimè perpensa in articulo primo mei matrimonii, & in trigesimotertio Pacis utriusque Coronæ: quæ in ordinem hujusmodi considerationis eum referunt ad tractatum particularem factū super condition bus mei Cōnubii: & ambo confirmati fuerunt eodem die: & in articulo 33. Pacis declaratum est, Tractatum supradictum conditionum mei conjugij, quamquam esset sejunctus, eandem vim, atque vigorem, ac illum Pacis habiturum: cum sit prior pars, & pretiosius pignus in sui majorem securitatem, & durabilitatē.

Quare meo proprio motu, liberâ, & spontaneâ voluntate, & habens certam scientiam actus, quem facio, & quantum valeat, & valere possit hæc mea voluntas; approbo, confirmo, & ratum facio viâ, & forma, qua possum melius, & debeo dictam Conventionem, modo, & ritu, quem magis particulariter continet articulus quintus; & si fortè necessarium videretur, & iustum; tribuo in hoc absolutam potestatem, & sufficientem Regi domino meo, & Christianissimo; ut denuò decernere ipsum possint, & concordare. Nam virtute, & supplemēto supradicti articuli declaro, & me alienatam habeo, atque exclusam; & filios, & heredes talis connubij exclusos, & absolute inhabiles dico; & sine limitatione, differentiâ, aut distinctione personarum, gradus, sexus, & temporis, actionis, & iuris succedendi in regnis, statubus, provinciis. . . . . dominationibus istarum Hispaniæ Coronarum expressarum, & declaratarum; & me velle, & assentiri pro me, & meis successoribus

ceſſoribus ſtatim nunc haberi prò ceſſis, translatis ad illum, qui proximior invenietur gradu (eò quòd ego, & illi excluſi expertes, & incapaces ſumus) & immediatè ad regem, qui erit ob mortem ſucceſſor dirigi debebit, & defferri ſucceſſio ſubdictorum regnorum; ut ipſe illas teneat, & poſſideat, ut legitimus, & verus Succeſſor; ac ſi ego, meiq; heredes nati nunquam fuiſſent; quia nos debemus tales exiſtimari, ut in mea, & in eorum perſona non conſiderari poſſit, nec fundamentum fieri repræſentationis activæ, aut paſsivæ, principij, aut continuationis lineæ effectivæ, & contentivæ, ſubſtantiæ ſanguinis, aut qualitatis; neque trahere deſcendentiam, & computationem graduum ab illa Regis mei domini, neque ab illa glorioſorum regum prædeceſſorum ſuorum: neq;ob aliquem alium effectum ſubeũdi ſucceſsionem, aut gradus præocupandi propinquitatem, & excludendi perſonam; quæ (ut dictum eſt) erit in proximo gradu. Et ego promitto,& me obligo fide regij iuramen-

ti in toto, quod à me, & dictis filijs meis, & heredibus pendebit, omni tempore curaturam, & semper, ut observantia, & executio subdicti articuli, & mei huius actus, quem facio ob eius approbationem, & confirmationem sit inviolabilis; nõ permissuram, neque assensuram, operam dari, aut agi adversum hũc directè, aut indirectè, omnino, aut in partem: Ideoque desisto; & cedo omnia, & quodcumque remedium notum, aut ignoratum, solitum, aut insolitum, quæ attinere potuissent iure communi, aut peculiari privilegio ad me, aut dictos meos filios, & heredes reclamandi, & conquerendi, & contra res supradictas proferendi. Vnde omnibus renuncio, & illi præcipuè iure Restitutionis in integrum firmatę supra ignorantiam, aut imprudentiam meæ minoritatis, aut supra claram læsionẽ enormem, & enormissimam, quæ posset considerari in Cessione fuisse, & Renunciatione, Iuris dico succedendi aliquo tempore in tot, & tantis regnis, statubus, & dominatio nibus, Volo autem nullum supradi-

ctorum

ctorum remediorum, neque aliquod aliud cuiuscumque nominis, characteris, ponderis, æquitatis nobis inservire posse in judicio, & extra iudicium: Et si nos ea intentamus, aut quærimus deducere in viam Iustitiæ, & Contestationis, negandum sit nobis, & tollendum omne genus Auditionis: Et si reipsa, sub quocumque ficto malè præsumpto colore, Iustitiæ diffidens, (nos enim debemus semper agnoscere, & confiteri, nullum habere jus succedendi in dictis regnis) vellemus armorum vi occupare, Bellum agendo, vel movendo; nunc pro tunc teneri, judicari, declarari illicitum iniustum, malè intentatum, violenter factum contra ius, & conscientiã; E contra judicando licitum, justum, & permissum illud, quod fieret, aut moveretur prò persona, quæ succedere deberet ad meam exclusionem, & meorum filiorum, & heredum; quam subditi, & habitatores accipere debebunt, atque illi parere juramento dicto, & fidei pignus dãtes, sicuti proprio Regi, & legitimo Domino.

Et

Apostolica approbatione,& debeat effici, & celebrari sua benedictione: vim addere placeat vinculo, & religioni istius iuramenti confirmatione suâ Apostolicâ. Et ego polliceor, & me obligo in ordinem, & adimplementum articuli sexti supradicti, statim ac ad locũ pervenero, ubi Rex Christianissimus me debet accipere, curare, ut suo interventu, & auctoritate, faciam, et fieri curabo junctim cum Sua M. Christianissima alium actum cõfirmationis,et ratihabitionis,cum omnibusque clausulis, juramentis, & conditionibus necessarijs, similem huic, qui factus est, & expeditus in hac Vrbæ Fonterabię, ubi nũc Rex Catholicus meus Dominus cum sua Aula commoratur, 2. Iunii hujus anni 1660.

Et ideò coram Rege nostro Domino,& ad majorẽ solemnitatẽ, auctoritatem,validitatem hujus factus Sua Catholica M. dixit, ad impletionem dictorum articulorum quinti, & sexti, respectu publicæ causæ, & communis boni suorum regnorum, & subditorum se confirmare,

&

& confirmaſſe actum hunc, ſecundum formam, quâ factus eſt, & expedivit illum Sereniſſima Infans M. Tereſa promiſſa, & futura regina Galliæ, chara ſua, & dilecta filia; & proprio motu ſuo, & certâ, plenâ, & abſolutâ poteſtate, & ut Regem, & Dominum, qui terrenis hiſce rebus ſuperiorem non agnoſcit, ſupplere, & ſua regali authoritate jubere ac eſſe velle ſuppletum defectum omne, & omiſsionem facti, & juris, ſubſtantiæ, aut qualitatis; ritus, aut moris, qui lapſi in hoc actu eſſe poſſent; confirmando, & approbando præſertim articulum quintum, & quidquid decretum fuit in illo inter Suam M. Catholicam, & Galliæ Chriſtianiſsimam: Iubendo vim legis, & vigorem habere e Pragmaticæ ſanctionis, & ut talem accipi, & obſervari, & in omnibus ſuis regnis, Statubus, & dominiis, ſine reſpectu alicuius legis, ordinis, & moris, qui eſſet, aut eſſe poſſet in contrarium; quibus ipſe derogat, & vult hac vice abrogari, & derogari: quamquã tales ipſæ ſint, & talis qualitatis, ut

ad

tior sum, & admonita, cum supradictorum sæpè de illis quæsiverim, & admonita fuerim pendente termino sex mensinm decretorum, & publicatorum satis longo, ut habeam debitam satisfactionem iustificationis ipsorum, & sciam id esse negotium ponderatum, atque concordatum à Rege meo Domino, qui desiderat, & curat meum bonum, & meam quietem magnâ benevolentiâ, & sollicitudine: conjunctè cavens publico bono, & cõmuni regnorum à Deo ipsi commissorum; quod & Gallica æquè interest; adhuc, ut magnitudinem, & majestatem, quam sustinent, & servant in se ipsis post tot annos, tanto bono, & gloria nominis earũ M. M. Catholicæ, & Christianiss. nihil adhuc diminutas, vel interruptas, sustineant, & seruent: quæ necessario diminuerentur, & destruerentur; si mediãte, & causa istius Cõnubii unirentur, & conjungerentur in aliquo filiorum, aut hreedum: Vnde evẽtus subditis inferret dolorẽ, ac tristitiã, quę animadverti potest. Vnde ęquè crędi potest, magna

pro-

promanatura eſſe damna, & incommoda; quæ demonſtrantur, & facilius cognoſcuntur antequam contingant, quàm poſſint reparari, & ſarciri poſtquam veniſſent, & tolerata eſſent. Placuit itaq; occurrere, & remediis vetare ne veniant; & ut tale connubium ſit diverſorum effectuum cauſa ab illis, qui ſperantur, & debent ſperari à tali medio. Inſuper hoc exemplo, & imitatione faciliora in poſterum evadent reciproca conjugia inter filios meos & pronepotes, & illos Regis Domini mei; Res quæ mihi particularis eſt conſolationis, & lætitiæ; ſicut erit cauſa obligandi, & inſtaurandi ſæpius vincula ſanguinis, & affinitatis; & tutandi, firmandique ſolidius, & efficacius fidem, amicitias, & benevolentias, quæ ſunt à felicibus Principibus ſtrictæ, & contractæ inter duo hæc regna; & in gloriam Dei perennabunt, & remanebunt glorioſè inter illa, & eorum Reges Catholicum, & Chriſtianiſſimum. Cumque hoc bonum publicum, commune ſit digna ratione anteferendum meo particulari, &

meo-

meorum filiorum, & pronepotum: istudque in præsenti statu est parvi æstimandum; cum etiam sit, ut latè patet, valde longinquum: unde illud bonum ad id concurrit in meã maiorem satisfactionem, & justificationem hujus Cessionis, & Actus; cũ quo concordando me conformo, & exemplum illius, quem confirmavit in suo Connubio, & ante ipsum Altis. Excellentis. Potentissimaque Princeps D. Anna Hispaniarum Infans, & nunc Christianissima Galliæ Regina, & mea amatiss. atque honoranda Domina. Et quòd pręter considerationes, & causas publicas supradictas, atque causas conservandi ac tutandi Pacem inter has Coronas (quæ pariter concurrunt, & recēlebuntur in dicto Tractatu, & Cessione) in præsenti statu cõsideratum fuit ut publica causa, & præcipua magis, & major propter Cessionem in mei connubii tractatu concordatam, ipsumq; Cõnubiũ notissimè fuisse medium, & magis principalem causam sopiendi bellum vigintiquinque annorum inter duas hasce Coronas Catholi-

cam, & Christianissimam (in quarem habuerant amicitiæ, vel dependētiæ causa majores Principes Christianitatis) & suum universale bonum, & publicum, & supremam causam Catholicæ Religionis: cùm hæc omnia belli causa magnam sint passa detrimentum; cùmque nisi per Pacem remedium afferri non possit, concordatâ, ob medium, & causam istius Coniugii, quod nunquam iniri posset, neque Rex Dominus meus consensisset sine Cessione ità dispositā: res optimè perpensa in articulo primo mei matrimonii, & in trigesimotertio Pacis utriusque Coronæ: quæ in ordinem hujusmodi considerationis eum referunt ad tractatum particularem; factū super conditionibus mei Cōnubii: & ambo confirmati fuerunt eodem die: & in articulo 33. Pacis declaratum est, Tractatum supradictum conditionum mei conjugij, quamquam esset sejunctus, eandem vim, atque vigorem, ac illum Pacis habiturum: cum sit prior pars, & pretiosius pignus in sui majorem securitatem, & durabilitatē.

Quare

Quare meo proprio motu, liberâ, & spontaneâ voluntate, & habens certam scientiam actus, quem facio, & quantum valeat, & valere possit hæc mea voluntas; approbo, confirmo, & ratum facio viâ, & forma, qua possum melius, & debeo dictam Conventionem, modo, & ritu, quem magis particulariter continet articulus quintus; & si fortè necessarium videretur, & iustum; tribuo in hoc absolutam potestatem, & sufficientem Regi domino meo, & Christianissimo; ut denuò decernere ipsum possint, & concordare. Nam virtute, & supplemẽto supradicti articuli declaro, & me alienatam habeo, atque exclusam; & filios, & heredes talis connubij exclusos, & absolute inhabiles dico; & sine limitatione, differentiâ, aut distinctione personarum, gradus, sexus, & temporis, actionis, & iuris succedendi in regnis, statubus, provinciis, ... dominationibus istarum Hispaniæ Coronarum expressarum, & declaratarum; & me velle, & assentiri pro me, & meis suc-

cel-

ceſſoribus ſtatim nunc haberi prò ceſſis, translatis ad illum, qui proximior invenietur gradu (eò quòd ego, & illi excluſi expertes, & incapaces ſumus) & immediatè ad regem, qui erit ob mortem ſucceſſor dirigi debebit, & defferri ſucceſſio ſubdictorum regnorum; ut ipſe illas teneat, & poſſideat, ut legitimus, & verus Succeſſor; ac ſi ego, meiq; heredes nati nunquam fuiſſent; quia nos debemus tales exiſtimari, ut in mea, & in eorum perſona non conſiderari poſſit, nec fundamentum fieri repræſentationis activæ, aut paſsivæ, principij, aut continuationis lineæ effectivæ, & contentivæ, ſubſtantiæ ſanguinis, aut qualitatis; neque trahere deſcendentiam, & computationem graduum ab illa Regis mei domini, neque ab illa glorioſorum regum prædeceſſorum ſuorum: neq;ob aliquem alium effectum ſubeūdi ſuccelsionem, aut gradus præocupandi propinquitatem, & excludendi perſonam; quæ (ut dictum eſt) erit in proximo gradu. Et ego promitto,& me obligo fide regij iuramenti

ti in toto, quod à me, & dictis filijs meis, & heredibus pendebit, omni tempore curaturam, & semper, ut observantia, & executio subdicti articuli, & mei huius actus, quem facio ob eius approbationem, & confirmationem sit inviolabilis; nõ permissuram, neque assensuram, operam dari, aut agi adversum hũc directè, aut indirectè, omnino, aut in partem: Ideoque desisto; & cedo omnia, & quodcumque remedium notum, aut ignoratum, solitum, aut insolitum, quæ attinere potuissent jure communi, aut peculiari privilegio ad me, aut dictos meos filios, & heredes reclamandi, & conquerendi, & contra res supradictas proferendi. Vnde omnibus renuncio, & illi præcipuè jure Restitutionis in integrum firmatę supra ignorantiam, aut imprudentiam meæ minoritatis, aut supra claram læsionẽ enormem, & enormissimam, quæ posset considerari in Cessione fuisse, & Renunciatione, Iuris dico succedendi aliquo tempore in tot, & tantis regnis, statubus, & dominationibus, Volo autem nullum supradi-

ctorum

ctorum remediorum, neque aliquod aliud cuiufcumque nominis, characteris, ponderis, æquitatis nobis infervire poffe in judicio, & extra iudicium: Et fi nos ea intentamus, aut quærimus deducere in viam Iuftitiæ, & Conteftationis, negandum fit nobis, & tollendum omne genus Auditionis: Et fi reipfa, fub quocumque ficto malè præfumpto colore, Iuftitiæ diffidens, (nos enim debemus femper agnofcere, & confiteri, nullum habere jus fuccedendi in dictis regnis) vellemus armorum vi occupare, Bellum agendo, vel movendo; nunc pro tunc teneri, judicari, declarari illicitum iniuftum, malè intentatum, violenter factum contra ius, & confcientiã; E contra judicando licitum, juftum, & permiffum illud, quod fieret, aut moveretur prò perfona, quæ fuccedere deberet ad meam exclufionem, & meorum filiorum, & heredum; quam fubditi, & habitatores accipere debebunt, atque illi parere juramento dicto, & fidei pignus dãtes, ficuti proprio Regi, & legitimo Domino.

Et Ego affirmo, & obtestor, ut ad firmandum hunc actum non inducta fuerim, coacta, suasa à respectu, & reverentia, quam debeo Regi domino, & Principi potentissimo, & ut Parenti, qui tantopere me amat, & quem ego amo; & qui me habet, & habuit sub sua paterna potestate; quia ut verum dicam, in omni hoc, quod præsens, & quod præteritum est, respectu conclusionis, & effectus istius Matrimonij, quod attinet ad dictum pactum, & articulum exclusionis meæ, & meorum heredum, habui totam libertatem, quam cupere potui, dicendi, & declarandi meam voluntatem; absque quod à suo, aut aliorum iussu timor illatus sit aliquis, aut m[illegible]e, ut inducerer, vel alliscerer ad aliquam rem contra ipsam libertatem agendam; & ideo in majorem validitatem, & securitatem illius, quod dictum est, atque promissum à me Ego solemniter iuro per Evangelia contenta in hoc Missali, quod dextera tango, me observaturam, & impleturam in omnibus, & per omnia; & non petituram

ram

iam diſſolutionem talis iuramenti à noſtro Sancto Patre, nec à Sancta Sede Apoſtolica, nec à ſuis Legatis, aut ab alia Dignitate, quæ ius habere ipſam concedendi: & ſi concederent me inſtante, aut aliqua Vniverſitate, aut particulari perſonâ, aut proprio motu, etiamſi id eſſet ad ſolum finem eundi in Iudicium, intactâ ſubſtantiâ dictorum remediorum, & vi iſtius Actus, Tractatuſque, quem approbo, ego eâ nunquam utar. E contra ſi mihi caſu aliquo concederetur; ſimile aliud iuramentum innovo, ut ſemper unum remaneat ſupra omnes indulgentias, quæ pro me obtinerentur. Et ſuper eadem dico, atque promitto, me nullam facere, aut facturam proteſtationem, aut reclamationem palam, aut clàm, quæ vetare poſſet, aut diminuere vim, & contentum iſtius Actus; quam ſi fecero (etiamſi ſub juramento) ipſa nullius ſit valoris, nullamque poſſit vim, aut exitum habere. Ego ſuam exoro Sanctitatem, ut, cum hoc ſit connubium tractatum, initum, & concluſum Sua Sancta, &

Apostolica approbatione,& debeat effici, & celebrari sua benedictione: vim addere placeat vinculo, & religioni istius iuramenti confirmatione suâ Apostolicâ. Et ego polliceor, & me obligo in ordinem, & adimplementum artìculi sexti supradicti, statim ac ad locũ pervenero, ubi Rex Christianissimus me debet accipere, curare, ut suo interventu, & auctoritate, faciam, et fieri curabo junctim cum Sua M. Christianissima alium actum cõfirmationis,et ratihabitionis,cum omnibusque clausulis, juramentis, & conditionibus necessarijs, similem huic, qui factus est, & expeditus in hac Vrbæ Fonterabię, ubi nũc Rex Catholicus meus Dominus cum sua Aula commoratur, 2. Iunii hujus anni 1660.

Et ideò coram Rege nostro Domino,& ad majoré solemnitaté, auctoritatem,validitatem hujus factus Sua Catholica M. dixit, ad impletionem dictorum articulorum quinti, & sexti, respectu publicæ causæ, & communis boni suorum regnorum, & subditorum se confirmare, &

& confirmaſſe actum hunc, ſecundum formam, quâ factus eſt, & expedivit illum Sereniſſima Infans M. Tereſa promiſſa, & futura regina Galliæ, chara ſua, & dilecta filia; & proprio motu ſuo, & certâ, plenâ, & abſolutâ poteſtate, & ut Regem, & Dominum, qui terrenis hiſce rebus ſuperiorem non agnoſcit, ſupplere, & ſua regali authoritate jubere ac eſſe velle ſuppletum defectum omne, & omiſsionem facti, & juris, ſubſtantiæ, aut qualitatis; ritus, aut moris, qui lapſi in hoc actu eſſe poſſent; confirmando, & approbando præſertim articulum quintum, & quidquid decretum fuit in illo inter Suam M. Catholicam, & Galliæ Chriſtianiſsimam: Iubendo vim legis, & vigorem habere e Pragmaticæ ſanctionis, & ut talem accipi, & obſervari, & in omnibus ſuis regnis, Statubus, & dominiis, ſine reſpectu alicuius legis, ordinis, & moris, qui eſſet, aut eſſe poſſet in contrarium; quibus ipſe derogat, & vult hac vice abrogari, & derogari: quamquã tales ipſæ ſint, & talis qualitatis, ut

ad

ad ipsas derogandas opus esset alia lucidior magis & peculiaris mentio; Et iubet ipsum signari signo suo regali, & reponi in suo Cameræ Consilio, & in aliis,ad quos pertinet. Quorum omnium Testes fuere rogati D. Aloysius Mendez. de Haro,Comes Dux Olivares,D.Ramirus Nunez de Guzman Dux de Medina las Torres,D.Gaspar de Haro Marchio de Elice.Ioan.Dominicus de Guzman, Comes Monterey D. Didacus de Aragonæ Dux Terranodæ, D. Gilius Ramon de Moncada Marchio Aytonæ, D. Petrus Portocarero Comes de Midelin. D.Antonius de Peralta Hurtado de Mēdoza Marchio de Mondeiar, D. Alonsus Perez de Guzman Patr. Indiarum. D. Alonsus Perez de Vivero Comes de Fuensfeldanea, & è Consi. Status. D. Ioannes de Zaravaial & Sandi Consilii,& Cameræ.D.Did[illegible] de Iesada Episcopus Pampelon[illegible]sis. Aliique plures Domini,& Equites domestici S.M.Cat.qui adfuere.

Ego Rex

Ego Maria Teresa.

Ego

Ego D. Fernandus Fonleca Ruiz de Contreras Marchio Lapiliæ Eques Ord. D. Iacobi, bellicus Confiliarius Indiarum, Cameræ, & Status Secretarius, & univerfalis difpatii, Notarius in fuis Regnis, & dominiis, qui adfui Iuramento formato, & omni quod ut fupra actum fuit, fidem rei facio; & Articulos V. & VI. prędictos matrimonii, prout ftant defcripti, optima fide tranfcriptos effe, & cum Originali, quod in mea manu eft collatos, affero. In rei fidem & Veritatis teftimonium fignavi, & nomen meum addidi.

D. Fernandus de Fonfeca Ruiz de Contreras.

Cum Regi Cath. Domino meo placuerit jubere mihi Blafco de Loyola Comend. Villæ rubiæ de Occania Ord. S. Iac. & Equit. & è fuo Conf. & Status Secretario, ut redderem exemplar fuprafcriptũ Ceffionis D. M. Terefæ filiæ fuæ, nunc Reginæ Galliarum quã fecit, atq; ftipulavit coram D. Fernando de Fonfeca Ruiz de Contreras &c. ut

eam mitteret D. Stephano de Gamarra Oratori Regio apud regiones Belgicas quas vulgo baxas vocant: cùmque ita actum esset, ego fidem facio hoc exemplar cum Originali concordari, quod in mea manu est, & cum quo collatũ fuit. Et ut hoc pateat, nomen meum appono, & regio secreto sigillo quod in mea manu est, munio.

Madriti 16. *Junij* 1667.

D. Blasco de Loyola.

L. S.

CON-

CONTRACTVS MATRIMOnialis inter Ludovicum Decimumtertium Christianissimum, & Infantem Annam Austrię Primogenitam Philippi tertij Regis Hispaniæ.

COram, &c. notum sit, &c. Quod gratiâ, & benedictione Dei, & veniâ consequuta à Sua Sanctitate affinitatis causâ & consanguinitatis, quæ inter Regem Christianissimum Ludovicum XIII & Serenissimam Infantem Annam viget; statim ac annum impleverit ipsa duodecimum, celebrabuntur sponsalia per verba de præsenti secundum ritus à Sacri Canones præscriptos, & constitutiones Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, in Palatio Suæ M. ubi Serenissima Infans commoratur. Et hoc in virtute potestatis, & mandati commissi à Rege Christianissimo, qui ratum idem statim habebit; & inde personaliter implebit; postquam in Galliam sua pervenerit Celsitudo,

cum qua conjungi debebit.

Quòd Sua M. promittit, & obligat se Serenissimæ daturum Infanti dono, & favore connubii 50000. nummos Solis aureos, suæ Christianissimæ M. Solvendos, aut qui ipsius adhibebit auctoritatem in urbe Parisiorum ante diem celebrandi Connubii.

Quòd *Serenissima Infans Anna* se dicet contētam pro dicta dote; ita ut nullus post ipsam remaneat locus jus aliud suum deducendi, nec tentandi aliquam aliam actionem, aut petitionem: prætendens attinere ad se posse majora alia bona, jura, actiones, & rationes causâ hereditis, & successionum Majestatum Catholicarum suorum Parentum; nec consideratione earundem personarum, quoquo modo, causâ, titulo, noto, aut ignorato considerentur. Nàm cuiuscumque sint qualitatis, actiones, & prædictæ res; eas repudiare non prætermittet rectâ, & debitâ formâ, omnibus securitatibus, & solemnitatibus conquæsitis, & necessariis. Quam quidem Cessionem ipsa faciet,

ciet, antequam per verba de præ-
ſenti nubat, ſicuti, ſtatim ac nupſe-
rit, confirmabit, & ratam eandem,
habebit vnà cum Chriſtianiſsimo
Rege, iisdem modis ſolemnitatibus
ac prioris Ceſsionis; & clauſulis,
quæ decentes, & neceſſariæ magis
erunt effectui, & executioni. Qua
ceſsione eædem obligantur Maje-
ſtates, & nunc pro tunc obligabun-
tur. Et ſi forſitan dictam non face-
rēt Ceſsionem, & ſupradicti tracta-
tus ratihabitionem; factæ nunc, &
probatæ meliori quo debentur mo-
do intelligentur. Totum autem id
adimplebitur efficaciori formâ, &
quâ fieri poteſt tutiori, ut recta eva-
dat, & valida cum omnibus clau-
ſulis derogantibus unicuique legi,
Iuriſdictioni, mori, uſui, & conſti-
tutioni contrariis, aut omnino, aut
ex parte Ceſſionem, & ratihabitio-
nem prohibentibus: quarum viri-
bus, ne valeant, Chriſtianiſſima,
& Catholica Maieſtates derogant;
ſicuti omnino in præſens deroga-
vere. Et per approbationem, & ra-
tihabitionem, quàm huiuſce Con-
tractus faciant; nunc pro tunc eæ-

dem intelligunt omnibus supradicti exceptionibus derogatum esse.

Quòd Christianissima, & Catholica Majestates ob hoc conclusere matrimonium, & eo potissimum concludunt, ut tueantur magis, & perpetuent firmo hoc nexu publicã Christianitatis Pacem, & inter easdem Majestates amicitiam, & fraternitatem, quàm unusquisque in ipsis concupit. Sicut ob considerationem justarum, & legitimarum causarum, quæ ostendunt, & hortantur æquitatem, & conveniẽtiam dicti Conjugij; quo mediante, gratia, & favore Dei sperare unusquisque posset felicissimos exitus ingenti bono, & incremento Fidei, & Christianæ Religioni, & communi Regnorum, & utrique Coronæ subiectorum beneficio: Sicuti illius causa, quod ad bonum attinet, & pub. Causæ conservationem. Tanti ponderis consilia, ut timendum maxime foret, ne prolatæ connubii subriperentur occasiones. Cognita igitur ipsarum qualitate, & aliis justis rationibus, quæ

quæ dici, & afferri possunt; eædem Maiestates comprobant, & instrumento decernunt, & inter se conventionali pacto, quod locum, vim, & vigorem habebit legis firmæ semper, & solidæ in suorum Regnorum, omniumque publicarum rerum favorem.

Quòd Serenissima Infans Hispaniæ Anna Austriæ, & filij, qui ab ea nascentur, siuè masculi erunt, siue fœminæ, eorumque primus, secundus, tertius, & quartus natus, cæterique, quocumque inveniri possint gradu, nullo modo, aut tempore succedere in Regnis queant, statubus, Dominationibus, Dominijs, quę nent, aut attinebunt ad suam Catholicam Majestatem, & comprehenduntur sub titulis, & qualitatibus in hac capitulatione nuncupatis: Nec in aliquo suorum magnorum Regnorum, Statuum, Dominationum, Provinciarum, Insularũ adjacentium, Feudorum, Præfecturarum, aut Propugnaculorum, quæ sua Majestas nunc possidet, aut ad ipsam possint pertinere intus & extra Regnum Hispanię; quę

 ali-

aliquãdo ſpectaverint ad Catholicas Majeſtates, aut ſuos Succeſſores, comprehenſa, aut ab illis dependentia: aut quæ quovis acquiri tempore, & augeri poſſent ante dictis Regnis, & Dominijs: ad quæ poſſent quocumque devolvi titulo, iure ratione; vivente quoque Sereniſſima Infanti Anna, aut poſt eius mortem: aut in quolibet ſuorum heredum primo, ſecundo, & tertio; qui quocumque caſu, iure, lege, aut more, aut diſpoſitione titulorum legitimâ ſperare ſe poſſunt in dictis, Regnis, Statubus, & Dominijs ſucceſſores. In omnibus quibus caſibus nunc dicta Infans Anna dicit, & declarat, jure ſecum omnibus ſuis heredibus maſculis, & feminis excludi: etiam ſi dicere vellent, & prætenderent in ſuis perſonis non cadere, nec poſſe tales cõſiderari rationes veluti nullius in cauſſa publica valoris: aut ob alia capita, ſuper quibus dicta fundari poſſit excluſio: aut vellent (Quod Deus non permittat) adducere, ſi ſucceſſio Catholici Regis in filijs Sereniſsimis maſculis, & fœminis,

minis, quos habet, aut habere posset, suis legitimis Successoribus deficeret: nullo possit tempore, casu, aut modo, ipsa, suique heredes succedere, aut prætendere, sine damno Legum, Ordinum, morum, & dispositionum Regnorum Hispaniæ, & Gallicæ Coronæ; quæ in præjudicium successorum exterorum obstat & occurrit unicuique exequutioni succedendi tùm præsentibus, cùm futuris temporibus. Quibus omnibus considerationibus, & singulis eædem Majestates derogant in toto eo, quò adversarentur, & obstarent contento, & exequutioni præsentis Contractus: Ob cuius approbationem, & ratihabitionem derogarunt, & derogant; volunt, & intelligunt, Serenissimam Infantem, Heredesque suos in posterum, & perpetuò secludi à potestate succedendi quovis tẽpore, & casu in statubus, & regionibus Flandriæ, Comitatû Burgundiæ, & Carloys eorum pertinẽtijs, & dependentijs: quæ regiones, & Status à Sua Majestate Catholica fuere Serenissimæ Infanti

Isabellæ donati, & revertere ad suã Catholicam Majestatem, suosque debent Successores.

Apertè quoque declarant, Serenissimam Infantem, si vidua (quod Deus avertat) remaneat, & ex hoc Connubio sine prole, liberã, & solutam à dicta exclusione futuram, & ideo declaratam ut Personã suorũ participẽ jurium, & cum potestate in eo toto succedendi, quod ad ipsam spectaret; & accideret duobus casibus tantummodo: Si ipsa vidua, & sine filijs ex hoc conjugio rediret in Hispaniam: aut si ratione Status, & boni publici, & justis consiliis, nuberet ipsa iterum, volente Rege Catholico suo Parente, aut Principe fratre suo: Quibus duobus casibus particeps erit, & capax successionis, & hereditatis.

Statim ac Serenissima Infans Anna duodecim finem annorum attigerit, & priusquam Connubium celebret per verba de præsenti, firmabit, & approbabit scripturam, quã se suosque obligabit heredes ad adimplendum id, & observandum, in quo superius consensere,

in

in exclufionem fuam, & fuorum heredum; approbans totum, ficuti continetur in præfenti Contractu, & Capitulatione; cum claufulis, & iuramento neceffario, & conquæfito: iurans in celebranda hac obligatione, & ratihabitione, aliam fimilem innovaturam effe cum Chriftianiffimo Rege, ftatim ac ipfi nufperit; quæ fecundum formam, & ufum à Curia approbabitur Parifiorum: Sicuti tunc dabit fua Catholica Maieftas operam, ut approbetur, & rata habeatur dicta Celsio fueto more. Fiant autem, vel non fiant Celsio, approbatio, & ratihabitio; nunc in virtute horum capitulorum, & Contractus, & fequentis Connubii, & in confideratione omnium dictarum rerum pro exactis factis legitimè, & approbatis habeantur.

Quod Maieftates Chriftianifsimæ folvebunt Serenifsimæ Infanti Annæ 60000 folis nummos aureos in gemmis; quæ cum cæteris omnibus, quæ patrimonialia veluti bona fecum feret, ad fe fine difficultate pertinebunt, ad fuos heredes, &

successores, & ad illos, qui suis iuribus potientur. Quod Maiestates Christianissimæ antiquo, & laudabili inservientes usui Regalis Gallicæ Familiæ, assignabunt, & constituent Serenissimæ Infanti D. Annæ in nuptiale donum annuo provētu 20000 nummos Solis aureos; terras & locos assignādo sub Ducatus titulo; quo fruetur propria sui, aut suorum Comissariorū auctoritate, cum Iustitiæ usu, & iure vacātes tribuendi dignitates, ut usui est Francorum Reginis: Hac pactione tamen, nonnisi Gallis indigenis dari dignitates illas posse; sicuti etiam ministeria prædictarum Terrarum secundum leges, ususque Galliæ. Cuius distributionis subdicta Serenissima Infans possessionem inuadet, & usum statim ac vidua remaneret, toto suæ vitæ tempore fruitura; siue in Gallia remaneat, siue è Regno decedat.

Quod Sua Majestas Christianissima dabit, & adscribet Serenissimæ Infanti Annæ prò suæ Cameræ sumptu, suæque Aulæ decore summā, quæ filię tanti, potentisque Regis

gis fit par: afsignans hanc eo ritu, quem Galliæ fert confuetudo.

Quod Serenifsima Infans duodecim tranfactis annis, nubet Chriftianifsimo Regi per verba de præfenti, operâ Procuratoris, quem mittet.

Quo fervato, Sua Majeftas Catholica, ut fuis vehatur expenfis curabit ufque ad Galliæ propugnacula: modo, et fplendore decenti: ubi iifdem formis, et apparatibus à Rege Chriftianifsimo accipietur.

Quod fi forfan hoc difsolveretur Connubium inter fuam Majeftatem Chriftianifsimam, et Serenifsimam Infantem Annam, quæ Chriftianifsimæ Majeftati fuperftes effet; liberè pofsit, et fine obftaculo redire in Hifpaniam, aut quò fuum feret commodum extra Galliam, quotiefcumq; cupiet; cum omnibus fubditis bonis fuis, Dote, Dono, gemmis, Veftibus, Argento, cæteroque mobili, unâ cum fuis Officialibus, et famulis: ita ut nullo pofsit cafu, impeditio, aut retentio in fuo difsenfu opponi, nec rectè aut obliquè recuperatio prohiberi, aut frui-

tio subdictæ Dotis, muneris, et, quæ debetur assignationis. Hoc itaque respectu Rex Christianissimus dabit Majestati Catholicæ, et Serenissimæ Infanti Annæ tales paginas, et fidei epistolas, quæ opus magis esse videbuntur, suâ firmatas, et Reginæ manu Christianissimæ, suæ Matris, Tutricis, et Rectricis, et suâ signatas gemmâ. Et nunc pro tunc spondent suæ Majestates Christianissimæ, et pro se, et successoribus fide, regalique verbo pollicentur.

Quod, cum præsentis Connubii Tractatus concupitus primo sit, deinde à nostro S. Patre promotus, ipsiusq; causâ in præsentem gradum reductus, rogari deceat suam Sanctitatem, sicut in præsens eædem Maiestates rogant, ut, largiendo ipsis suam benedictionem, et suam interponendo auctoritatem Apostolicam in hoc Contractu; eum approbare placeat, et suis Bullis inscribere unà cum approbatione, quam facient Majestates, et sua Celsitudo, cum scripturis, et præstitis juramentis, et approbatis; et

cum

cum eo, quod in executione, et ſecuritate Contractus eiuſdem contigit.

Quod Majeſtates Catholica, et Chriſtianiſsima approbabunt, et ratam habebunt hanc pręſentem Capitulationem; promittentes fide, et verbo regali eam ſe obſervaturas, et integrè impleturas; formantes de hac re ſuas ritè bullas: abrogando unicuique Legi, ordini, Conſuetudini, quę ſunt, aut erunt conventis diſcrepantur. Dictęque bullę ratihabitionis pręſentis Chirographi comittentur, ut rationi conſonum eſt, invicem alteri ab altero duos intra menſes, ab hoc incipientes die; Id autem Legatorum opera reſidentium.

In toto illo, quod nominati Domini Commiſsarii promiſerunt, et ſanciverunt ſecundum præſentis capitulationis contenta, obligarunt ſe Maieſtates Catholica, et Chriſtianiſsima, cum Sua Celſitudine fide regia, et verbo, effecturas, et juſsuras integrè ſentiri, et adimpleri: nulla re aut ex parte, aut omnino defficiente: nec unquam ad-

ver-

versaturas, nec passuras recte, aut oblique, quolibet modo, aut forma adversari aliquem. Quare sic promiserunt dicti domini Commissarii in virtute plenipotentiarum, quas ab iisdem Majestatibus acceperunt. Cui adfuerunt superius dicti Domini in principio Contractus nominati, qui promittunt, et approbāt quidquid superius propria manu, et nominibus suis subscripserunt. Cum à me petierint, ut totius huiusce Capitulationis ipsis exemplar concederem.

Dux Lermæ Marchio Deniæ.

Arrigus Lorena.

Brulardus.

Andreas de Cochefilet.

Actum à me à Secretis,& supradicto Notario. Madriti duodecimo Septembr. 1612.

Antonius Arestignus.

EPI-

EPITOME AB HISTORIA deprompta Emanuelis Meterani à Belgico in sermonem Gallicum traducta, Hyæ impressa anno 1618. Lib. 19. pagina 412. & in Alemannica traductione Arnheim impressa 1604. L.19. pag. 796.

CVm Filiam suam Isabellam Claram Eugeniam Rex Hispaniæ despondere statuisset Archiduci Alberto, & in dotem totam addicere regionem, quas Baxam dicunt, & Burgundiæ Comitatum; id autem assensu Principis D. Philippi Hispaniæ sui Filii; misit ideo suas ad Baxas regiones epistolas quarto idus Septembris conscriptas, ut hoc aperiret consilium; studens hoc modo ostendere sibi cordi eandem regionem esse; nec eam pariter amittere velle, cùm in matrimonium daret optimæ dilectæque Filiæ; quæ, cum tam arctè conjuncta sibi esset, summæ sibi cu-

ræ esse deberet.

Consiliarius Ricciadottus exposuit pridie Nonas Bruxellis, hanc Regis mentem Consiliis Status, & Finium: & post meridiem Brabantiæ Consilio; omnibus exinde Provinciis. Quare Status Consilij tertio Idus, Brabantiæ Idibus Decembris, cæteræque Provinciæ ad Regem scripserunt & Archiducem his ferme verbis.

Se Suæ M. voluntatem intellexisse Infantis Filiæ suæ primogenitę despondendæ Archiduci Alberto, & in Connubii dotem regionis Baxas, & Comitatus Burgundiæ attribuendi, ex consensu Principis Filii sui; idque inopinatum primò visum esse. Nàm, cum hucusque vixissent sub justo, rectoque optimi Regis imperio; nec obliti tot munerum essent, quæ à Sua R. M. suisque prædecessoribus, & eorum moderatoribus acceperat; difficile summopere putabant, posse ab illa se deflectere obedientiâ, sine continuo conscientiæ morsu; si mutatio alia evaderet ab illa, quæ ipsis promissa fuerat. Noscebant enim summam

mam sibiipsis afferre lætitiam Filiã suam charissimam in Principem dari; de cujus humanitate, & virtute plura audivissent: Pariterque Sponsum, qui unus ex sapientioribus Orbis Principibus multum suâ prudentiâ, singulari comitate, & propensiori in Provinciam benevolentia valdè merebatur; cùm è Familia promanasset, quam ipsi, suique Prædecessores tanti æstimaverant. Itaque non gaudere satis, & congratulari poterant, Deoque gratias agere, qui S. M. in tam sanctum impulisset consilium; quò tamen immutare non intelligebant dominum; nam novus hic Princeps sanguis, caro, cor, & imago Suæ M. erat; ultra spem, quam habebant id futurum esse in majorem Dei Gloriam, & Suæ M. consolationem, suorum populorum beneficium, suorumque humilium famulorum, quales ipsi erant, ut Suæ M. loquebantur epistolæ. Quare ad suam se conformantes voluntatem, suisque obedientes mandatis, declarabant, & obtestabantur, dummodò sua ipsi juberet M. veneraturos Infan-
tem

tem Filiam suam, & D. Archiducem futurum conjugem eadem fide, quâ coluissent Suam M. seque illud ipsũ servaturas obsequium, & quam debebant fidem; curamque habituros eorum boni, & rerum utilitatis. Punctum hoc tãtum subiicere Suę M. oculis optare, prout ab alijs, æque ac a sibi ipsis certior fieret) miserum videlicet statum illarum Provinciarum, quæ longo hoc, crudeli, infelicique bello tum intus, cum extra ad extremas erant calamitates redactæ; ita ut nequicquam existimabatur posse ex se ipsis modo aliquo stare; nisi *Sua M.* hac sæviente calamitate, curam iterum, ut fecerat hucusque, susciperet: juuans eas, & tuens eodem modo, & pristina liberalitate. Secus, inhabiles ad favendum, & auxiliandum charissimæ Filiæ, suoque optimo Nepoti sub pauperrimis, miserrimisque Christianitatis Principes essẽt. Interim Suã M. deprecabantur, ut consulere huic rei vellet, verendo, ne deperderentur utrique; uti certissimè eveniret, si M. Sua manum ipsi porrigere neglexisset; donec

Re-

Regio in meliorem vindicaretur fortunam. Suam in Regnis exteris oſtentaſſe religionis cauſa liberalitatem, & in illis, quæ eamdem deſpexerant. Hic eundem Deum, eandem religionem, Regem eundem, eademque cultu adorari venerari. Non eſſe hic quæſtionem exterorũ, aut ignotorũ, ſed mali, & boni; pernitiei, aut incolumitatis optimæ, & obedientiſſimæ Filiæ, & Nepotis, qui ſuis meritis, & glorioſis operibus inter filios habebatur, & fideles ſubditos, qui legitima affinitate ipſi ¦ nectebantur, quoſque ſua ſemper M. amaverat, & pro filiis habuerat. Res, quæ in ſpem ipſos reducebat non deſertam; & hãc pariter ſtudioſam, rectamque voluntatem in corde D. Filii Principis ſui repoſituram: quapropter denuo ipſam humillime rogare, ut proſpicere ad hoc attentè vellet. Quantum ad ipſos attinet polliceri ſe dicto D. Principi humillimos futuros, & obedientiſſimos famulos, & eodem ſemper honore, reſpectu, & reverentia veneraturos. Cæterum, poſtquam omnis nocebat mora, orare,

&

ut perficere matrimonium vellet,& illam quàm primum ad se mittere, quam Deus, & Sua M. Principem addixerant; ut apud illam possent, & in illa prospicere suum Regem; venerari, vereri, & famulari ut famuli veri, & subditi. Et ità pedes, manusque suas deosculantes, Deum Creatorem obsecrari, ut salutem, longam, felicemque vitam ipsi largiatur; illamque felicitatem, quam ab hoc pio,sapientique consilio expectabat,

Bruxellis tertio Idus Dec.

DEPROMPTA AB HISTOria Emanuelis Meterani lib. 20. anno 1598. f. 425.

NVper diximus deliberasse Regem Hispaniæ Filiam suam Archiduci Alberto despōdere, & dotis nomine Regiones Baxas dare cum Comitatu Burgundiæ: Quod inopinum plerisq; visum est,dari Filiam suam Primogenitam Principi, qui multos possidebat Status, & Ecclesiæ beneficia: Nam

Car-

Cardinalis, & Archiepiſcopus Toletanus erat, uberrimi Archiepiſcopatus; & eundem fratribus natu majoribus anteponi; ut Imperatori, Archiducibus Matthiæ, & Maximiliano, qui priores eſſe debebant, & heredes Regnorum Vnghariæ, Boemiæ, & Auſtriacæ Regionis; itaut ſuper id quam plures habiti ſermones, & data fuerit occaſio conſulendi. Hoc decretum mandatum litteris fuit die Merc. decimo Idus Maii, Madriti, ubi comparuere coram ſene, debiliq; Rege Philippo Secundo Princeps Philippus unicus filius ejus viginti annorum ætatem circiter attingens, Infanſque Iſabella Clara Eugenia vigeſimum ſecundum aggreſſa: quos ſequebantur D. Gomez de Auila, Marchio de Velada, Gubernator & Majordomus primus dicti Principis: D. Chriſtophorus de Mora Comes Caſtri Rodrigi, Magnus Alcantaræ Commendator. D. Ioannes de Idiaques Magnus Cõmendator Legionis; qui tres erant Status Cõſiliarii. Et D. Nicolaus de Amant Eques, Conſiliarius, Præſes,

&

& Cancellarius Brabantiæ, cum Loo. à Secretis negotiorum Baxæ Regionis; centumque alii. Chirographi Gallico erant ſermone, tuncque lecti, ſubſcripti, & ſignati fuere: eorum autem contentum ſequens eſt.

Philippus Dei gratia Rex, &c. preſentibus, & futuris, qui noſtras videbunt, & legent Epiſtolas ſalutem dicimus. Poſtquam decens, & congruum eſſe comperimus tum publico Chriſtianitatis bono, cum privato Regionis Baxę non ulterius matrimonium protrahere noſtræ chariſſimæ dilectiſſimæ primogenitæ Infantis Iſabellæ Claræ Eugeniæ: cumq; pariter ad hoc inclinemus tam ob conſervationem domus noſtræ, quàm ob quoſdam alios reſpectus (benevolentiæ quoque gratia, qua eum diligimus) cum chariſſimo, & amato Fratre Conſobrino, et Nepote Archiduce Alberto juſſu noſtro moderatore ac imperatore noſtræ regionis Baxæ, & Burgundiæ: cumque oculos in ejus perſonam injecerimus, & in futurum elegerimus con-

conjugem nostræ Filiæ primogenitæ cùm nostri Sancti Patris Pontificis assensione, qui supra hoc expostulatus, concessit veniam; quàm Altissimi, Excellentissimi, potentissimi Principis nostri charissimi, & dilecti fratris, consobrini, nepotis Rodulphi Secundi Romanorum Imperatoris, & nostræ charissimæ, amatæque sororis Imperatricis eius matris, quibus id aperuimus.

Quo perpenso, & ut dicta nostra Filia possit (ut fas est) pari gratiis, virtutibus, & meritis uti fortunâ, & ut pariter ostendamus, quantum in nos est, ingentem amorem, & benevolentiam, quam habuimus semper, & habemus erga Baxas regiones nostras, & Burgundiam; deliberavimus ope, & connubii gratiâ in dotem addicere dictæ nostræ Filiæ supradictas nostras baxas regiones cum omnibus suis iuribus; formâ, & modo, quo infra perscribetur. Id autem modo, interventu, voluntate, et assensu nostri charissimi, et amatissimi filii optimi Principis Philippi nostri unici heredis: admonitioni hærentes, quæ à no-

bis, et à dicto nostro Filio factæ Principibus fuere, dominis, Equitibus nostri ordinis, Consulibus, Statubus supradictarum nostrarum regionum, qui nostrum verentur imperiū;illisque simul regionis nostræ, et comitatus Burgundiæ, qui ostenderunt, et testati sunt responsione ingentem lætitiam, et voluptatem, quam ex nostro sensere consilio; quod ipsi agnoscunt, et fatentur necessarium subdictarum regionum bono: huncque rectum patere tramitem, quo ad veram illos cōferamus pacē,et societatem, gravissimo nos exoneraturi bello, quo jactatæ tot annis fuere;quam quidem pacem nos ipsi semper concupivimus. Considerantes id etiam,quod toto orbi liquet,felicissima illa momēta regionibus ire, quibus se nativi Principis oculum moderari sciāt, quem natura destinavit: Deus testis solicitudinis sit, & mæroris nostri, quem sępissimè tulimus, ibi non posse, ut semper desideravimus, adesse: & profecto adfuissemus, nisi præstantissimæ Hispanorum Regnorum curę versari nos in iisdem

coe-

coegissent, nostrasque ita moras cunctari, ut sejungi nullo tempore possemus, et præsenti maxime teneamur. et quamquam ætati Principis filii nostri convenire videatur ipsum nunc mittere: attamen sic Deo visum; ut cum tot regna dederit nobis, et provincias, in quibus magni ponderis curę nunquam deficiunt, eius adsistere præsentiam sit opus.

Quare optimum rati salubre hoc inire consilium, ne linquamus regiones nostras baxas incommodis nuper elapsis expositas: additaque portione, quam dare nostræ filiæ Infanti debemus iuxta promerita, suique ortus dignitatem, præsertim in eam illas transferimus, quia post antedictum nostrum filium Principem) quem servet Deus per multos annos incolumem, eiusque prosperum reddat servitium (dicta nostra filia primogenita prior est, ac propior: unde ex consensu dicti nostri filii ipsa nunc assumi potest. Delegimus autem hanc potissimum viam, arbitrati, dictas regiones nostras redituras in pristinam sortem, et pro-

Q 2 spe-

speritatem, quâ iam fruebântur. Indicimus itaque cupientes perficere, quod tam maturè deliberavimus, et decrevimus, audito spontaneo consensu; quem dictus Princeps filius noster tam ingenuè pro se interposuit; cognitisque submissionibus, quibus dictæ Baxæ regiones nostræ, cum nostro desiderio se debent conformare; deliberasse cedere, et transferre in Infantis dictæ nostræ filiæ utilitatem dictas Baxas, et Burgundiæ regiones, Secundum Tractatuum normam, et conditionum, quæ hic infra visentur.

Prima conditio est, et non aliter, dictam Infantem nostram filiam nupturam fore cum Archiduce Alberto iuxta veniam à nostro sancto Patre Pontifice datam; et doni nomine, sive donò accipiat ipsa subdictas nostras baxas regiones, et Comitatum Burgundiæ. Et, si forte dictum Connubium à quacumque impediretur occasione; præsens hęc donatio inanis erit, nullumque habebit, effectum: ut in tali casu nos eam nunc pro tunc delemus, nullamque dicimus.

Item

Item conditione, et non aliter, filios, et successores hujus ex eodem cõjugio masculos, et feminas legitimè procreatos; non autem nothos, quamquam id esset subsequenti connubio; primogenito secundùm; masculo fœminam præcedente, heredes invicem fore in eodem gradu omnium dictarum provinciarum simul; quas non possit in partem aliquam scindere, aut dividere: declarantes filium masculum, aut filiam primogenitam ante patrem mortuã, patruis antepositam iri, et cuique ex linea collaterali.

Item conditione, et non aliter, casu, quem Deus avertat, ex hoc matrimonio nec filios esse, nec filias, aut mortuos esse post obitum dictorum Archiducis Alberti, aut Iufantis nostræ filiæ à præsenti promanantes connubio; Donationem dictam, Cessionem, et Translationem nullam forre; nulliusque valoris: quo casu, si dicta nostra Filia vidua remaneret, assequatur suam portionem legitimam à Patre; et suam donationem à Matre talem, qualis ad ipsam potest competere,

et attinere; cum eo insuper, quod nos, et Princeps Filius noster donabimus amoris gratiâ, quo erga ipsam vivimus. Si autem dictus Archidux consobrinus noster dictæ superit Infanti, dictarum Baxarum Regionem remanebit Gubernator nomine Principis proprietarii, ad quem devolvebantur.

Item conditione, & non aliter, dato, quòd omnes deficerent heredes ex hoc connubio nati; sic ut nullus illorum superesset, qui ad hanc hereditatem vocantur; in tali casu omnes simul ad Hispaniæ Regem redituras nostrum discendentem, & in ordinem hujus Concessionis, ac Donationis, in tali casu, nunc pro tunc facimus eum donatarium, ac si illis donatus esset.

Item conditione, & non aliter ipsi fore, quæ Princeps erit, & domina dictarum infimarum regionū, cum Hispaniæ rege nubendum, aut cum Principe eius filio, qui tunc adoleverit, acceptâ, si fuerit opus Pontif. veniâ. Si autem voluntas tunc ipsis deficeret, aut potestas tale connubium faciendi; non poterit

in

in tali casu Princeps hæc aliquem alium maritum, aut rem habere in aliquâ Donatione, aut in aliqua eius parte, sine notitia nostra, & consensu, & nostrûm heredum, & Successorum in Regnis Hispaniæ, qui nostri sanguinis erunt. Quod si neglectum fuerit, totum id quod donatum, aut cessum est, redibit; ac si Donatio hæc, & Cessio, & Asportatio acta nunquam fuisset.

Item conditione & non aliter, dictam nostram filiam Infantem, aut aliquem alium vocatum ad dictam successionem nullâ posse causâ, nullo modo dividere dictas Regiones, aut donare, aut commutare sine nostro consensu, & illorum, qui nostri heredes erunt, & in suis regnis successores.

Item conditione & non aliter, omnes aut quemcumque Principem, & Dominum dictarum Regionum obligatum iri nubere suos filios, nobis scientibus, & consentientibus, & illis qui nostri heredes erunt, & Successores Reges Hispaniæ.

Item conditione, & non aliter, di-

dictis nostræ Filiæ Infanti, & eius conjugi, aut alicui suorum successorum, ad quos dictæ regiones attingerent, vetitum fore negotiari, nundinari, mercari in Indijs Orientalibus, Occidentalibus, & mittere aliquod navium genus sub quolibet titulo, regressu, aut prætextu, sub pœna dispoliandi dictis regionibus. Et si aliquis illarum regionum licitum sibi duceret illuc navigari; Illum Dominus dictarum regionum vitâ, re, alijsque asperioribus pœnis, & ipso capite mulctabit.

Item conditione, & non aliter, quòd si dictus Archidux Albertus noster Consobrinus superstes erit nostræ dictæ Filiæ infanti, filios aut filias relinquenti; administret omnia eorum bona sicut si dicta nostra Filia viveret: & ulterius antedictus noster Consobrinus Archidux fruatur usufructibus, quousque vixerit omnium dictarum regionum, educando dictos filios secundum eorum dignitatem; dando filio, aut filiæ primogenitæ Regionem Lucemburgij, & Chini Comitatum, qui

qui ad ipsos pertinebit: ut possideant, & ipsis fruantur, donec vivet Pater: post cuius obitu in ille filius cuncta recipiet, ut heres universalis; cum hic aperte declaretur hanc clausulam usus fructuum solummodo intelligendam in favorem Archiducis Alberti; neque posse aliter interpretari, ut nullus possit suorum successorum aliquod exemplum afferre, nec ius aliquod in aliquo pari casu intendere.

Item conditione & non aliter; sitque hæc principalissima, & maxima inter cæteras omnes obligatio; filios omnes, & posteros dicti Connubij servare sanctam religionem, quæ præsēti in ipsis hoc tēpore fulget; & vivere, & mori in nostrâ Catholica fide, ut docet pijssima parens Ecclesia, & colit: & antequam accipiant dictarum regionum imperium, formulâ hac jurabunt, quæ in sequenti dicetur articulo.

Si casu (quod Deus arceat) aliquis dictorum hæredum se abdicaret à religione Catholica, et in Heresim incideret, postquam Pontifex

talem devoverit; dispoliabuntur administratione, possessione, proprietate dictarum Provinciarum, neque populi illi amplius obbedient; sed adsument, et accipient proximum eiusdem stirpis Catholicum, illi successurum, qui religionem commutasset. Talisque Hæreticus tamquam mortuus, communique morte ereptus existimabitur.

Ego juro ad Sancta Dei Evangelia, quòd semper ad extremum vitæ meæ spiritum Sacrosanctam fidem Catholicam, quam tenet docet, et prædicat sancta Catholica, et Apostolica Ecclesia Romana omnium Ecclesiarum mater, et magistra constanter profitebor, et fideliter firmiterque credam, et veraciter tenebo; atque eam meis subditis teneri, doceri, et prædicari (quãtum in me erit) curabo; sic me Deus adjuvet, et hęc sancta Dei Euangel.

Item conditione, et non aliter, ad maiorem securitatem, et firmitudinem pacis, amoris, et amicitiæ, quæ debet inter Regem esse, et sua Regna, nostros descendentes, et successores; unicuique illorum, qui

per-

pervenient in posterum ad possessioné, et dominium dictarum Baxarum Regionum, et Burgundiæ collaudandum fore, approbandum, et ratum habendum, se crediturum id quod in hoc articulo continetur.

Et cum nostra sit intentio, et voluntas, dictas conditiones habere suum plenum, et integrum effectũ, quo salvo, et mediante nos donamus, linquimus, transferimus, repudiamus, et conferimus in donum Feudi, et retro feudi, et meliori formâ viâ, et modo, quo fieri possit juris, et quæ valere posit, adeo ut Incompatibilitas præjudicare non posit illi quod est compatibile, necessariũ, utile dictæ Infanti Isabellæ Claræ Eugeniæ nostræ charissimæ et dilectæ filiæ primogenitæ, Omnes nostras Baxas Regiones, et quãlibet ipsarum Provinciam, cum Tractu, et Comitatu Burgundiæ, omnia simul tributa, feudos, honores, Iuspatronatus, proventus, fructus, dominia, publicationes, mulctas, cũ omni genere iurisdictionũ, actionum, quæ nos prætendere possumus ob causam nostrarum regio-

num dictarum, et Burgundiæ; ficut etiam præeminētias, prærogativas, privilegia, immunitates, excubias, districtus, Alturas, et omne aliud genus dignitatis; eadem prorsus, quâ sunt forma, et quacumque ratione possint nostræ esse, et ad nos, aut ad patrimonium, aut aliter pertinere; quocumque titulo sint, aut esse possint; ita ut plenum earum habeat fructum, et possessionem, sicut nos habuimus: conditione tamen inviolabiliter servandi omnes, et vnāquamq; conditionum superius dictarum, et pragmaticam ab immortali memoria factam Imperatoris mei Domini, et parentis (quem gloria teneat) Mense Novembris anno 1549. unionem amplectente Regionis Baxæ antedictæ; adeo ut nec ineatur, nec fiat sejunctio, aut divisio qualibet de causa, aut quocumque modo.

Nostra autem mens est; ut talem dicimus, & præsenti clarissimè jubemus, mediante hac donatione, Cessione, & Translatione nostram dictam filiam Infantem, suumque futurum conjugem Archiducem

Al-

Albertum obligatum iri ſolvere, & ſatisfacere omne æs alienum, & obligationes ſecundum contractus à nobis factos, aut nomine noſtro à defuncta Imperiali M. ſuper noſtra patrimonia, & dominia dictarum regionum, & Comitatus Burgundiæ: & pariter obligatum iri ſolvere omnes, & quemcumque proventum, penſiones vitales, & cæteras omnes donationes, mercedes, retributiones, quas ſubdicta M. Imperialis, nos, noſtriq; Prædeceſſores feciſſent, donaſſent, adſcripſiſſent, & cuilibet addixiſſent. Et ideo nos facimus præſenti noſtram dictam filiam Infantem Principem, & dominam dictarum regionum infimarum, Comitatus Burgundiæ, & Carloys. Concedimus inſuper dictæ noſtræ filiæ ſuper titulos peculiares cujuſque dictarum provinciarum Baxæ regionis, & Comitatus Burgundiæ, ipſam ſubſcribi poſſe, & appellari Ducem Burgundiæ; quamquam nos ſervavimus (quandiu placuerit) nobis, & dicto Principi noſtro filio titulum Ducis Burgundiæ cum omnibus

juri-

juribus, quæ ſpectare ad nos poſſunt, & ad ſublimitatem, dignitatem ordinis noſtri Aurei velleris, cujus nobis ſervamus facultatem in poſterum diſponendi, ut dignius ducemus. Sic aſſentimur, concordamus, & concedimus dictæ noſtræ filiæ Infanti(dantes abſolutam authoritatem irrevocabilem, ſua privatâ poteſtate abſque quod quęratur eius conſenſus, & ab ejus delegatis erga ſuum futurum conjugem)accipiendi plenam,et integram poſſeſſionem omnium dictarum regionum, Comitatus Burgundiæ, & Carloys, & ad talem finem convocandi Status generales Regionis, & particulares in quacumque provincia; aut obſervandi aliud modum, qui magis videbitur rationi propinquus; ut promulget hanc Donationem, Ceſſionem, Translationem; & ut præſtent juramenta Status, & populi eiuſdem Regionis; & ut quærat poſſeſſionem, deditionē uniuſcuiuſque loci, quò feret occaſio: & ut accipiat ab ipſis Iuramentum ſufficiens ad ſe obligangandum ad omne id, ad quod præ-
teritus

teritis iuramentis tenebantur ; & reciprocè obligabantur. Interea donec dicta nostra filia susceperit, & fecerit, ut suo nomine suscipiatur possessio realis dictarum regionum baxarum, & Comitatus Burgundiæ, & Caroloys formulà, & modo in hisce contento, dicimus, & constituimus nosmetipsos suo nomine, & dictæ Filiæ vice possessores.

In quorum fidem jubemus, & volumus, easdem patentes epistolas ad ipsam mitti; assentientes dictam nostram Filiam Infantem tenere, admittere, stabilire in dictis regionibus, & Burgundiæ Gubernatores, Iudices, Iustitiarios, tum ob incolumitatem, & defensionem illarum, tùm ob administrationem Iustitiæ, Politiæ, exactionis dominiorum, aut aliter; & ulterius agere, quod vera Princeps & domina naturalis proprietaria dictarum regionum potest, & agere debet Iure, & secundum mores, sicut nos egimus, & potuissemus agere; observatis tamen semper conditionibus superius inscriptis: Quare laxavimus,

vimus, absolvimus, & dimisimus: relaxamus, absolvimus, et dimittimus omnes Episcopos, Abbates, Prelatos, et cæteras Ecclesiasticas gentes, Duces, Principes, Marchiones, Comites, Proceres, Gubernatores, Primores, Duces Regionis, urbium, Aularum Præsides, gentes nostri Consilii, Cancellarios, Haziédarios, et Administratores, et alios Administros, Duces, milites, propugnatores, eorum Produces, et etiam Equites Castrorum; scutiferos subditos, magistratus, vicarios, artifices, incolas urbium, vicorum, Villarum, & unumquemque subditũ dictarum regionum nostrarum, & Comitatum Burgundiæ, & Caroloys, & unumquemque ipsorum à juramento fidelitatis, fide, tributo, promissione, obligatione, quas nobis ut eorum vero Principi legitimo & supremo Domino præstitere.

Volumus, ordinamus, & apertè jubemus jurare, eosdem, & accipere Infantem nostram filiam in suam veram Principem, & dominam; & ipsi præterea juramentum quæsitum constantiæ fidei, & re-

ve-

verentiæ, ſponſionis, & obligationis ritè,& ſecundum regionis naturam, Platearum, Feudorum, & dominationum: et ulterius debere tùm ipſi, cùm ſuo futuro ſponſo obſervare honorem omnem reverentiam, amorem, obedientiam; ut debent boni facere, et laudabiles populi erga ſuum Principem legitimum, et dominum naturalem, ut hucuſque fecerũnt, et demonſtrarunt: ſupplentibus nobis omnes, et quoſcumque errores, qui occuriſſe potuerũt in hac noſtra præſẽti Donatione,Cõceſſione, et Trãslatione; Quapropter noſtro proprio motu,et integrà cognitione, noſtràque plenà, et abſolutà regali poteſtate, qua in hac uti voluimus, et utimur, derogavimus, et derogamus omnibus, et quibuſcumque legibus, conſtitutionibus, et moribus, qui obſtare poſſent, et præſentibus diſſentiri. Nam cum talis ſit voluntas noſtra, ac ut quidquid ſuperius dictum eſt æternè firmetur, et ſtabiliatur,Nos ſubſcripſimus pręſentem noſtro nomine; et fecimus ut noſtrum apponeretur ſignum: jubentes, et ordinantes

nantes

nantes memoriæ eamdem mandari, ut valida semper habeatur in vno quoque nostrorum Consiliorum privatorum.

Data in nostra Civitate Madriti, in Regno Castellæ 10. Maii anno 1598. Nostrorum regnorum, Neapolis, et Ierusalem 45. Castellæ Aragonis, scilicet et aliorum 44. et Portugalliæ 19.

Notabantur N. D. V. subscribebatur Philippus, et infra subscribebatur A. dè Loo.

POSTQVAM APPROBAVIT Rex hanc translationem, ratam laudationem eius fecit Princeps Philippus, & approbationem patentibus litteris, & juramento, ut sequitur.

PHilippus Dei gratia Princeps Filius, & unicus hæres regnorum, regionum, dominationum Regis Philippi hoc nomine secundi domini mei, & Patris, omnibus præsentibus, & futuris salutem.

Cum dictus meus dominus, & pater statuerit nubere Infantem

Isa-

Isabellam Claram Eugeniam charissimam nostram, & summopere amatam Sororem Archiduci Alberto nostro optimo & patruo, & consobrino: & ideo M. Catholica disposuerit communione nostrâ, nostroque consensu, quibusdam ingentibus rationibus inductus, & respicētibus bonum publicum collimantibus; similiter pro generali quiete Christianitatis; pace præsertim, & quiete regionis baxæ; & ut dictæ Sorori nostræ consulat secundum dignitatem suam, & magnos meritos, donare dictæ sorori nostræ dictas regiones, & Comitatum Burgundiæ eo modo, quò facta fuit, & approbata; ut apparet in litteris patentibus, quas dictus meus dominus, & Pater publicavit sua manu subscriptas, magno sigillo signatas, quarum tenor hic sequitur adamussim.

Philippus &c. totum hic superius insertum, quod iterare non est operę pretiū: Notum fecimus, quod cum optimè intelleximus quidquid supra quocumque puncto nominatum est: publicum bo-

num considerantes, quod ab hoc promanare poterit Christianitati; pariter amoris causâ, quo prosequimur Sororem nostram Infantem ob suas gratias, magnaq; merita, laudamus, approbamus, & præsentibus pro bono habemus, non obstanti quocumq; præjudicio, quòd nobis, & nostris Successoribus quocumque tempore posset accidere; ijsdemque rationibus assentimur, et contenti sumus præsentium tenore supradictam baxam regionem, et Burgundiæ Comitatum, et Caroloys cedi, transferri, et donari Infanti sorori nostræ: ut dictus meus Genitor fecit. Et ut melius possit valere, et majori securitate, robore et firmitudine idem, quod Sua M. disposuit et ordinavit ad favorem, et utilitatem dictæ nostræ Sororis optimæ, idem nos disponimus, ordinamus hac, prout opus sit in illius favorem omni meliori forma, et præsertim propria nostra voluntate, et libera, nulla interposita vi, dolo, falsitate, aut aliquo respectu, aut reverentia paternà, timore, abusu, aut quacumque sua-

sione;

ſione: cum noſtra ſit voluntas, et intentio dictas regiones deberi, et attinere ad noſtram Sororem Infantem Iſabellam Claram Eugeniam, et ad ſuos Succeſsores: ſicuti dominus meus Rex, et pater diſpoſuit. Vt autem habere hoc poſſit, et ſortiri plenum ſuum, et integrũ effectum, firmumque manere, et in æternum ſtabile;renunciavimus, et renunciamus pro nobis, et ſucceſsoribus noſtris in favorem ſororis noſtræ omnibus beneficijs, quæ poſsent iurè ad nos attinere; aut ad illos, cõtractandi cauſa, et contradicendi præſentibus; etiamſi ius eſset reſtitutionis in integrum, cui pariter renunciamus. nam ſtabilita noſtra, atque firmata voluntas eſt, nullam rem habere poſse vim, aut vigorem contra Donationem iſtam, & Ceſſionem, Translationem, quæ fuit dictarum regionum facta modo, & formâ antedictâ.

Quare nos fecimus, & dedimus fidem noſtram, & juramentum per Sancta Evangelia, quæ tetigimus manu, obſervaturos, defenſuros, promptè adimpleturos omne id,

quod

quod dictum fuit; nullâ allatâ excusatione, aut exceptione; nec permissuros, aliquem nostrum ullam afferre; quod nos affirmamus, & approbamus fide Principis; nosque usuros viribus nostris, & favorem præstabimus requisitum ad integrum effectum; & totius, ut supra, complementum; cum sit (ut nos declaravimus) nostræ sinceræ et certæ voluntatis. In cuius fidem fecimus, ut fierent præsentes litteræ patentes, subscriptæ nostra manu propria, itemque à Secretario Status Regis mei domini, et patris circa negotia baxarum regionum, et Burgundiæ; et signatæ magno sigillo Stemmatum suæ M. quod funiculis aureis appendimus.

His adfuere ut rogati testes. D. Comes de Avila noster Gubernator Marchio de Velada, et Major domus primus. D. L. H. T. A. D. de Moura Comes de Castro Rodrigo, Magnus Comendator Alchantaræ, Cubicularius suæ M. noster corporis somiliarius. D. Ioannes de Idiaques magnus Comendator Legionis, omnes ex consilio Status.

Et

Et Nicolas de Amant Eques; Consiliarius ſtatus, ſigillorumq; cuſtos Suę M. in negotijs regionis baxę, et Burgundię, Conſiliarius Ducatus Brabantię.

Dat. Madriti in regno Caſtellę 4 Maij anno 1508. notatum M. E. R. T. ſubſcriptum *Philippus*, et inferius. Iuſſu mei domini Principis A. de 500.

Hę duę patentes epiſtolę Ceſſionis Regis, et approbationis Principis ſignantur eodem ſigillo cera purpurea, et funiculis aureis.

FINIS.



